

V
B
J
C
51256
I

EMMANVELIS ALVARI
E SOCIETATE IESV,
DE INSTITVTIONE GRAMMATICA,
LIBRI TRES.

Editio noua Correctior.





Cum licentia Superiorum, & Priuilegio S. R. M.

CRACOVIÆ,
In Offic: Vidua & Hæredum Andr: Petr: S. R. M. Typ. Anno Dñi, 1662.




Facultas A. R. P. Prouincialis Societatis IESV, *in Prouincia Poloniæ.*

IOANNES Argentus, Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Poloniæ, iuxta Priuilegium eidem Societati à Serenissimo SIGISMVNDO III. REGE Poloniæ & Sueciæ, Varsauiæ 25. mensis Martij, Anno 1619. concessum; quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis Patribus compositos, absque Superiorum permissione imprimant: permittit Excel: Andreæ Petricouio, I. V. Doctori, S. R. M. Typographo, vt Emmanuelis Aluari è Societate IESV, de Institutione Grammatica Libros tres, per Patres Societatis IESV, qui sunt in Prouincia Poloniæ correctos, & pristinæ integritati restitutos, imprimere ac liberè diuendere possit. *Dat: Crac: 15. Febr. A. 1631.*

AVCTOR AD CHRISTIANVM PRÆCEPTOREM.

Paucis te volo, Christiane Doctor,
Aurem, quæso, benignus admoueto.
Mores si doceas, pios, pudicos
Primùm: dein munimenta purioris
Linguæ, cum pietate copulata.
Vere, te faciet beatioris
Vitæ participem, omnium Magister.



GENERA NOMINVM
Versu correcto comprehensa.

Præceptum I. De masculinis.

QVÆ maribus solùm tribuuntur, mascula sunto.
Mascula censentur specie depicta virili;
Et quibus appositum tantum tribuisse virile,
Credibile est veteres: ceu, Latro, præsul, & hospes.

Præceptum II. De Femininis & Neutris.

FEMINEVM *dices, quod femina sola reposcit.*
Iungito femineis muliebri prædita forma:
Quæque adiectiuum tantùm muliebre requirunt.
Quæ neutro apposito gaudent, neutralia sunto.

Præceptum III. De Communibus.

EST *commune duum, sexum quod claudit vtrumque*
Articulo gemino, veluti, bos, fortis, & hostis,
Antistes, iuuenis, vates, patruelis, & infans,
Affinis, miles, cum ciue, cliente sacerdos,
Et comes, atque canis, dux, sus, auctorque, parensque,
Municipi, coniux, adolescens, augur, adhærent.

Præceptum IV. De nominibus generis Omnis.

EST *commune trium, generi quod conuenit omni,*

Præceptum V. De mensibus, montibus, & fluuijs.

IN *maribus, menses, montes, fluuiosque repone.*

Præceptum VI. De Insulis, regionibus, vrbibus, nauibus, poëmatibus.

INSVLA *feminea est, regio, vrbs, cum naue, poësis.*

Præceptum VII. De arboribus.

FEMINEA est arbor; neutrum cum subere, robur.
Et siler, atque acer: sed mas, oleaster habetur.

Præceptum VIII. De plurali numero, & notis literarum.

PLVRALE, A, neutrum est; I, mas: vt, Susa, Philippi.
Trade Notas neutro, & vocem pro nomine sumptam,
Et verbum quoduis, nudâ pro voce repostum.

Præceptum IX. De generibus, quæ ex terminatione cognoscuntur.

A, finita.

FEMINEVM, A, Primæ est; veluti Panthera, sagitta:
Ædria, mas, æquor, mammona, cometa, planeta;
Sed neutris iunges cum paschate, manna latinis.
Nomen in, A, ternæ, neutrum est: ceù stigma, toreuma.

E, finita.

E Latiale, petit neutrum; velut acre, monile.
Femineum est Aloe, Rhodopeque, & cætera Græca.

I, O, & V, finita.

I, Neutris tribue: O, maribus: ceu pugio, gummi.
Femineis verbale in, Iô, caro, talio, dentur,
Portio: Do, Go, finita, vt, dulcedo, propago,
Testudo: verùm neutris adscribito, pondo.
Harpago, cudo, ordo, mas, cardo, vdoque, ligoque.
V, neutris iunge: vt tonitru, cornuque, geluque.

C, D, L, & T, finita.

C, D, da neutris, testes tibi, Lac, id, & alec:
L, T, sit neutrum: Hic mugil, sal, solq; reposcunt.

VM, finita.

VM, neutris iunges: hominum si propria demas.

AN, IN, ON, finita.

AN, IN, ON, mas: Hæc, cum sindone, poscit, Aëdon:
Queis adde Alcyonem. Neutris da cuncta secundæ.

EN, finita.

EN, dabitur neutris: sed, hymen, ren, mascula sunto:
Et splen, atque lien, attagen, cum pectine, lichen.

AR, finita.

Postulat, Ar, neutrum, ceu par, cum nectare, calcar.

ER, finita.

ER, Maribus dona: lauer Hoc, tuber, siler, optant.
Vber, iter, spinther, laser, cicer, atque papauer,
Ver, siser, atque piper, cum verbere, necte cadauer.

OR, finita.

OR, Maribus seruit, Muliebris demitur Arbor.
Accedunt neutris Cor, Ador, cumque Æquore, marmor.

VR, finita.

Exigit, Vr, neutrum: Hic fursur, cum vulture, turtur.

AS, finita.

Femineum, As: Neutrum vas, vasis, fasq;, nefasq;.
Mascula sunt, elephas, adamas, as, atque tiaras,
Cumq; vade, ac reliquis, flectit quæ prima Pelasgum.

ES, finita.

Femineum est Es. Sed limes sunt mascula, fomes,
Pes, trames, termes, gurges, cum poplite, cespes,
Vepres, & palmes, pipes, merges, pariesque,
Pleraque græca: meri nomen quibus adde diei.
Hippomanes neutris, panaces cachoetes adhærent.

IS, finita.

Is, date femineis: Maribus da postis, aqualis,
Anguisque, & Vectis callisque, & puluis, & ensis,
Glis, lapis, & follis, cucumisque, & collis, & vnguis.

Et sanguis, piscis, cum fascis, & axis, & amnis,
Et vermis, torris, fustis, cum vomere, mensis,
Mugilis, atque orbis, cenchris, cum caule, canalis,
NIS, quoque finitum, vt funis, compostaque ab asse.

Os, finita.

Mascula in Os, sunto: Dos, cos, muliebria, & arbos.
Da chaos, atque melos neutris, os, argos, eposque.

Vs, secundæ, & quartæ declinationis.

NOMEN in, Vs, mas est, seu quartæ, siue secundæ.
Porticus Hæc, & vannus, acusque, & Carbasus, aluus,
Et colus, & ficus pomum (mas morbus habetur)
Adde humus, atque manus, Idusque, tribusque, domusq́ꝫ.
Nomen in Os, Græcum quod, in Vs, vertêre Latini,
Masculeis partim datur, vt paradisus & Isthmus;
Partim femineis, veluti diphthongus, eremus.
In neutris numera virus, pelagusque profundum.

Vs, tertiæ declinationis.

POSTVLAT, VS, neutrum quoties id tertia flectit.
Mas, lepus, & mus, pus, Græcum, compostaque iungo.
Est muliebre palus, subscus, pulcherrima virtus,
Atque salus, pecudisque pecus: quibus additur incus,
Quæque sibi seruus, iuuenisque, senexque iugarunt.
Sit quoque femineum lagopus, herba, volucris.

Aes, AVs, Bs, Ms, Ns, Ps, Rs, finita.

Aes, tibi sit neutrum: laus, fraus, muliebria sunto.
S, dato femineis, si consona ponitur ante.
Esto virile rudens, fons, pons, seps lethifer anguis,
Mons, dens, atque chalybs, assis quibus addito partes,
Et polysyllaba, Ps: forceps dematur adunca.

X, finita.

X, dato femineis: sunt mas, fornixq́ꝫ, calyxq́ꝫ.

Grex,

Grex, ſpadix, bombix, varix, phœnixq́;, cālixq́;.
Et coccyx, & Eryx, voluox, atque vnce creata,
Ax, Ex, finitum polyſyllabon, eſto virile.
Femineum fornax, vibex, alexq́;, ſupellex,
Queis addes, tomex, forſex, cùm ſmilace, carex.

Præceptum X. De adiectiuis, quæ ſunt ſubſtantiua.

MOBILE ſit fixum, ſi fixum mente ſubaudis,
Vnde genus capit: vt, ſonipes, orienſq́;, tonanſq́;.
Mobile ſit neutrum, ni fixum mente ſubaudis.

Præceptum XI. De vi terminationis.

Reſpicimus fines, non ſignificata frequenter.
Hinc Præneſte, Reate petunt Hoc: Tibur, & Hiſpal,
Et Cære: Hic Sulmo, Narboque; Hæc Allia flumen:
Mons Oeta Hæc; Hæc Oſſa volunt, Hæc Trinacris Ætna.

Præceptum XII. De nominum generibus immutatis.

RESPICIT interdum nomen generale poëta,
Vnde ſibi meritò genus inferiora capeſſunt,
Sic volucrem ſequitur bubo: ſic flumen Iader.

Præceptum XIII. Nomina variorum generum.

HÆC modo femineis, maribus modò iuncta videbis,
Limax, atque ſilex, tradux, cum torque, phaſelus,
Scrobs, ſerpens, anguis, cum corbe, dieſque, rubuſque
Groſſus, adeps, atomus; poteris queis addere, finis.
Poſtulat Hic, aut Hoc pelagus, Nar, vulgus, & Anxur.

Præceptum XIV.

Nomina ferè maſculina, raro feminina.

MASCVLA, bubo, ſilex, funis, cumq́; obice varix,

Calx, specus, & cortex, imbrex, margo, atque palumbes
Et pumex, puluis, sunt & muliebria vati.

Præceptum XV.

Nomina ferè feminina, rarò masculina.

EST muliebris, onyx, volucris, stirps, talpa, cupido,
Dama, penus, linter, grus, lynx, & clunis, & ales.
Interdum hæc generi vates iunxêre virili.

Præceptum XVI. De genere Epicœno.

Articulo sexum quæ complectuntur vtrumque,
Vno Epicœna vocant Graij, Promiscua Nostri.
Hic Lepus, Hæc vulpes, seu mas, seu femina poscunt.

FINIS.



PRÆTERITA ET SVPINA
Versu correcto comprehensa.

COMPOSITVM, simplexq́; modo variantur eodem.
Quod si præteriti geminetur syllaba prima
Simplicium, prorsus perdunt composita priorem;
Vt cecidi, recidi. Retinent præcurro, repungo:
Quæque sibi gignunt, Sto, do, bibo, poscere, disco.

Verba Præterito simul, ac Supino carentia.

PRÆTERITIS quæcumq́; carent spoliato supinis:
Vt, Glisco, vergo, ferio, cum polleo, vado,
Ambigo, cum satago, quæso, quatio, atque fatisco,
Et furit, & mœret: tùm aueo, tùm ringor, & hisco,
Et, Vescor, liquor, medeor, reminiscor, & aio:
Et Sco, orta, à Verbo, vel nomine; ceu lapidesco,
Frigesco: à verbis ea sumunt, vnde trahuntur.
Et, Rio, queis nomen vehemens Meditatio fecit;
Esurio, excipito; similis quædam excipe formæ.

PRIMÆ Coniugationis; Bo, Co, Do.

PRÆTERITIS, aui, dat prima, atumque supinis:
Vt neco: compositum, necui, nectumque recepit.
A prima, cubo; dat cubui, cubitumque supino.
Sic quoque compositum, quod in, vmbo, tertia flectit:
At mico, dat micui, solum: aui, dimicat, atum:
Datque plico, plicui, plicitum: cum præpositura
Poscit, v, i, per itum: vel in, aui, sumet, & atum.
Supplico dematur, genitumque ex nomine solùm,
Multiplico veluti; quod in, aui, mittit, & atum.
Dat, fricui, frictum: secui, sectumque secare.
Vult dedit, atque datum, Do, das, & pignora primæ:
Sed, didit, atque ditum, trado, & quæ tertia donat.

Eiusdem Primæ, Mo, No, To, Vo.

DANT, v, i, itumque, crepoque, sonoque, domoque, vetoque
Cum tono: sed laui, lotum, lautum, atque lauatum:
Cuius compositum, ceu proluo, tertia poscit.
A poto, vel potatum, vel flectito potum.
Sto, verbum, stetit, atque statum: stitit inde profectum
Exigit, atque, stitum: sed multò sæpius, atum.
Nulla supina creat iuuo, iuui; ast, adiuuo poscit
Adiuui, adiutum: iuuo, suscipit inde supinum.

SECVNDA Coniugatio.

PRÆTERITVM per, v, i, dat, itumque supina reponit
Ritè Secunda; velut, Moneo, monui, monitumque.
Dat doceo, doctum; à teneo, deducito, tentum;
Censeo amat censum; donabit misceo, mistum:
Sorbeo cum socijs tantùm sibi sorbuit optat.
Neutrum quod dat, v, i, timeoq; carento supinis;
Vt madeo, studeo, rubeo; vult torreo, tostum.
Præbeo, itum, valeo, placeo, careoque, licetque,
Pareoque & doleo, caleo, iaceoque, nocetque.
Di, sum, prandeo habet, video: sedeo, tamen effert,
S, gemino, sessum: stridi, dat strideo solùm.
Mordeo; præteriti geminatur prima, momordi,
Morsum; flectuntur sic spandeo, pendeo, tondet.

PRÆTERITVM finita Veo, vi, tumque supinum
Formant, vt moueo: à caueo, deducito cautum:
A faueo, fautum. Sed serueo, ferbuit optat.
Flaueo, nil, paueo, conniueo, liueo possunt;
Si sum, dat maneo: verùm hinc orta eminet, atque
Prominet, immineoque volunt minui, absque supino.
Hæret, cum suadet, mulcetque, & mulget, & ardet,
Turgetque, & ridet, si sum; si, torqueo tortum.

Vult

ult iussi, iussum, iubeo; ast indulgeo, si, tum;
Turgeo, si, tantùm; sic, fulgeo, turget, & alget;
ugeo, xi, solùm, cum, luceo, frigeo poscit.
Augeo præterito facit auxi, auctumque supino.

ICIEO, ciui, atque citum venit; at, cio, quartæ est.
Deleo, & orta pleo, vt repleo, neo, in euit, & etum.
Ast oleo, per v, i, dat, itum: composita sequentur,
Quæ redolent patrem: reliqua eui, etumque requirunt.
Fert aboleuit, itum; sed vult adoleuit, adultum:
Audio vult, ausus, gauisus, gaudeo poscit.
Et solitus, soleo, soluique aliquando recepit.
Præteritis, aueo, mœret, polletque carebunt.

TERTIA Coniugatio. Finita in, Io.

COMPOSITVM à specio, ac lacio, exi, ectum: excipe verbum,
licio, elicui, elicitum: sapui, sapiiue
Dat sapio, solum: à feci deducito, factum;
, ieci, iactum: dat fodi, ss, duplice, fossum:
Nil tribuit furo: sed cupio, iui, format, & itum:
capio, cepi, captum; fugi, fugitumque
, fugio; rapio, rapui, deinducito, raptum.
pario, peperi, partum; sed dic, pariturum.
Comperio quartam sociâ cum prole sequuntur.
Præteritum quatio nescit, dant pignora, cussi,
Et cussum; meio, dat minxi, deindeque mictum.

Eiusdem tertiæ, Vo, Bo, finita.

POSCIT, v, i, vtum verbum, v, o: vt, arguo, polluo; verùm
, ruo, dic ruitum; sed, vtum, composita reposcunt.
Dat, struo, xi, ctum: sed fluxi gignit, fluo, fluxum.
Nulla supina luo, timeo, metuoque, pluoque,
Congruo, nato, nuo, vt renuo, ingruo, resuo, poscunt.

Bo, finita, dabunt, bi (vt glubo) bitumque supino :
Quo scabo, lambo carent : dant scribo, nuboque psi, tum
Vt cubo sic genitum quod in, vmbo est, tertia flectit.

Eiusdem tertiæ, Co, finita.

A DVXI, ductum, à dixi, deducito, dictum.
Vinco vicit, amat victum : dabit icit, & ictum,
Ico : peperçit, habet, parco, aut parsi, adijce, parsum.
Sco, finita petunt, vi, tum ; ceu nosco, quiesco :
Agnitus, agnosco ; cognosco, cognitus edit.
Pasco dabit pastum : conquexo, haud suscipit vsus.
Disco, petit, didici tantùm ; sic posco, poposci :
Compesco per v, i, dispescoque tolle supinum.
Nil ea, quæ vulgo verba Inceptiua vocantur,
Producunt : veluti mitesco, senesco, tepesco.
Iungitur his, hisco, tum glisco, dehisco, fatisco.

Eiusdem tertiæ, Do, finita.

A DO, præteritum sumet, di, sumque supinum :
Vt mando, mandi. Fundo, cum scindere, findo:
N, perdunt ; geminant, S, findo, & scindo supino ;
Fido tamen fisus ; pandi vult pandere, passum :
Tundo facit tutudi, tunsum, compostaque, tusum ;
Datque cado, cecidi, casum ; sed cedo, cecidi,
Et cæsum ; tentum, vel tensum, tendo, tetendi :
Pendo, pependit, amat, pensum : dat pedo, pepedi
Solùm : Di, sido, tantùm, strido que, rudoque.
Dant, si sum, lædo, plaudo, cum diuido, ludo ;
Ac rodo, trudo ; necnon cum plaudere, rado.
Vado nihil : vasi, vasum composta reposcunt.
S, gemino cessi, cessum, cum pignore, cedo.

Eiusdem tertiæ, Go, Guo, Ho, finita.

Go, vel guo faciet, xi, ctum : tamen illa supinis

ria deperdunt, ſtringo, cum fingere, pingo.
ngo capit, tetigi, tactum; egi, ago poſcit, & actum:
tu ngo petit, pepigi, aut panxi: ſed pignora, pegi;
pingo velut, impegi, pactumque ſupinum.
lego fit legi, lectum; dat frangere, fregi,
fractum; pungo, pupugi, punctumque reponit:
mpoſitisque dabis punxi, ſi legeris vſquam:
gligit, exi, ectum, cum intelligo, diligo poſcit;
argo facit, ſi, ſum, pariter cum mergere, tergo.
go, cum frigo, xi, xum: egi, prodigo, dego.
ntùm, xi, ſugo, vult, angoque abſque ſupino.
il tribues vergo, & ſatago, quibus ambigo iunges:
veho, dic vexi, vectum; traxi, à traho, tractum.

Eiuſdem tertiæ, Lo, finita.

, luit, atque Litum; ſed alo depoſcit, & altum;
colo, dic cultum; conſultum conſulo gignit;
cculoque occultum; ſalſum, dat ſallo, feſelli.
ulla ſupina volo, cum nolo, nulla refello,
ulla capit malo, cum pſallo, cui dato, pſalli;
nteque cello carent, præcello, excello, ſupinis.
erculit, & culſum, percello; velloque velli,
ulſum; pello capit pepuli, pulſumque ſupino.
uſtulit, & latum tollo; tetuli, dedit olim.

Eiuſdem tertiæ, Mo, No, Po, Quo, finita.

Io, per, v, i, dat, itum: tremo ponitur abſque ſupino.
t promo, demo, pſi, ptum, cum ſumere, como:
mi, emptum, dat, emo: premo, preſſi, S, duplice, preſſum.
ono facit, poſui, poſitum: genui, genitumque
at gigno; cerno, creui, compoſtaque cretum.
t cano, vult cecini, cantum: cinui, dat & entum
oncino cum ſociјs; ſtraui, ſtratumque requirit

Sterno

Sterno: petit ſperno, ſpreui, ſpretumque. Beatum eſt
Prole lino, lini, liui, leuiue, litumque.
Pſi, ptum, contemno; ſino dat ſiuique, ſitumque.
Po, finita ſerent, pſi, ptum, ceu repere, carpo.
Rumpo dabit rupi, ruptum; ſtrepui, ſtrepitumque
Vult ſtrepo; datque coquo, coxi, coctumque ſupino.
Linquo ſibi, liqui tantùm: ſed pignora, lictum.

Eiuſdem tertiæ, Ro, So, finita.

QVÆRO, quæſiui, quæſitum; curro, cucurri,
Curſum: tùm verro, verri, verſumque ſupino.
A, gero, dic, geſſi, geſtum; triui à tero, tritum;
Ferre, tuli, latumque; vro, dabit vſſit, & vſtum;
A ſero ſit, ſeui, atque ſatum: Eui, ruſtica proles
Atque ſitum; ſerui, & ſertum ſit cetera turba.
Dant, ſiui, ſitumque laceſſo, capeſſo, faceſſo:
Pinſo pinſui amat piſtum, pinſumque, ſimulque
Pinſitum: at inceſſo, inceſſi capit, abſque ſupino.
Si ſum, viſo, facit; quæſo ſpoliatur vtroque.

Eiuſdem tertiæ, To, Vo, Xo, finita.

DANT flecto, & plecto, xi, xum, & cum nectere, pecto;
Et, xui, amat pecto, nectoque: peto, iuit, & itum;
Verto, facit verti, Verſum; dat mittere miſi,
Ac miſſum; meto, meſſui habet, ſſ, duplice meſſum,
Siſto, ſtiti, ſtatum actiuum; neutrale, ſequetur
Sto, verbum; ſterto, tantummodo ſtertuit optat.
Viuo feret vixi, victum: ſoluitque ſolutum,
Soluo: ſic volvi, donabit volvo, volutum;
Denique texui habet texo, textumque ſupino.

QVARTA Coniugatio.

QVARTA dat, iui, itum: tribuit ſepelire, ſepultum.
Sentio, vult ſenſi, ſenſum: dat amixit, amictum;

Væneo fert vænum, quod ferme vænijt optat.
Præsentis, perio, per v, i, variatur, & ertum:
Comperioque peri, pertum, reperique repertum:
Dat Venio, veni, ventum: psi, sepio, septum
Singultumque facit singultio: sancio sanxi,
Sanctum, & sancitum: dat vinxi, vincio, vinctum.
Vult salio, salui, saltum; sed pignora, sultum.
Haurio fert hausi, atque haustum; sed sarcio, sarsi,
Fartum; sic sarsi, sartum dat sarcio; fulsi,
Fulcio habet, fultum. Nil dant Meditantia verba;
Esurit, excepto: ferio nihil, aioque poscunt.


DE VERBIS DEPONENTIBVS, & Communibus.

Si dare præteritum vis Deponentibus aptum,
Expedit actiuas illis affingere voces:
Vt Vereor, vereo; veritum, fluet inde supinum,
Indeque præteritum, veritus sum: ita cetera forma.
Respuit hanc legem proficiscor: namque profectus,
Donat; & vlciscor facit, vltum; adipiscor, adeptus.
Dat fateor, fassus; questus, queror; atque locutus
Fert loquor; & nitor, nisus, vel nixus amabit.
Metior, & mensus; patior, passus; reor autem
Dat ratus; oblitum, vult obliuiscor: at vtor,
Vsum; expergiscor vult experrectus habere.
A fruor, est fruitus: verùm à sequor, ede, sequutus;
Dat gradior, gressus: misereri redde misertus:
Nanciscor, nactus, faciet; pactusque paciscor.
Comque miniscor habet commentus: & ordior, orsus:
Mortuus à morior capiet: feret ortus, oriri.
Nascor amat natus: per, iturus, flecte futurum
In tribus extremis. Rectè spoliabis vtroque
Hæc, vescor, liquor, ringor; medeor, reminiscor.

VERBA SVPINO CARENTIA.

Nulla Supina Mico, Strido, ſeu Strideo, gignunt.
Lugeo, Pedo, Sidet, Fulget, cum Luceo, Friget,
Vrgeo, cum Sorbet, Turget, Conniuet, & Alget,
Flaueo, cum Timeo, Paueo, cum Ferueo, Liuet,
Congruo, cum Sapio, Lambo, cum Reſpuo, Linquo,
Ingruo, cum Batuo, Poſco, Metuoque, Pluoque,
Et Diſpeſco, Luo, Scando, Compeſco, Fatiſco,
Hiſco, Scabo, Sugo, Nolo, cum Prodigo, Dego,
Annuo cum ſocijs, Vado, cum Gliſcere Vergo,
Diſco, Tremo, Satago, Ferio, atque Inceſſo, Refello,
Ambigo, Sterto, Rudo, Pſallo, cum Cernere, Sido.
Et Veſcor, Liquor, Medeor, Reminiſcor, & Ango,
Et Volo, Malo, Furit, Præq;, Ante excellere, Ringor,
Et quod poſcit, v, i: modò ſit neutrale ſecundæ,
Vt, Studeo, Emineo: exceptis quæ ſuggeret vſus:
Tum Iuuo, tum Serpo, dictis addenda putarem:
Quæque ferè gignit Meditor, quæq; Inchoo verbum.

FINIS.



TOTIVS GRAMMATICÆ Diuisio, pro tribus discipulorum Classibus, siue Scholis.

QVO facilius deinceps intelligatur, quæ cuiquæ scholæ seu ordini pars Grammaticæ tribuatur, initio mouendus vi- est Magister, tres in partes, pro tribus discipulorum scholis e classibus, vniuersas hasce institutiones esse distributas: tamen, vt infima classis binos tyronum ordines complecta- r, quorum vnus inferior, alter superior appellatur: reliquæ rò duæ classes, tùm secunda siue media, tùm prima seu su- ma, singulis tantum ordinibus constent.

Tertiæ siue infimæ classis, Ordo inferior.

ERgo primus hic de institutione Grammatica liber duas di- uiditur in partes: quarum prior, quæ ad inferiorem ter- æ siue infimæ classis ordinem spectant, primum quidem decli- ationes nominum continet substantiuorum, adiectiuorum nomalorum, & pronominum, deinde verborum coniugati- nes: tertiæ deinceps rudimenta, siue de octo partibus oratio is: quarto, præcepta de constructione quatuordecim: quin- o & postremo, de generibus nominum difficilioribus.

Tertiæ seu infimæ classis, Ordo superior.

AD superiorem vero eiusdem scholæ ordinem pertinent postrema duo primi libri capita, hoc est, de nominis de- clinatione, & de præteritis supinis, Eidem vero ordini su- periori duntaxat, introductio syntaxis, siue constructionis, è secundo libro, qui est de octo partium constructione: quæ qui- dem introductio in hac Romana methodo ex initio secundi li- bri desumitur, ommißis appendicibus, vsq. ad communem verbo- rum constructionem: & septem illa capita continet. de con- cordantijs, de constructione verbi actiui, paßiui, neutrius com- munis, deponentis, impersonalis.

Schola Secunda, siue media.

AD hanc propriè pertinent, primum quidem appendices, primi generis appellantur, deinde verò secundi libri decim capita, verbis impersonalibus in Romana methodo pr ma, appendicibus enim primi generis additis: hoc est, de muni omnium verborum constructione, de constructione v infiniti, gerundiorum, supinorum, participiorum, nom pronominis, & numeri distributiui; præpositionum con ctione, aduerbij, interiectionis, coniunctionis.

Prima Schola Grammaticæ, siue suprema

AD hanc denique classem præcipue spectant primum q dem secundi libri appendices eæ, quæ secundi generis scribuntur, deinde verò postrema quatuor eiusdem libri Ca cùm Appendicibus: hoc est de figurata constructione, de bar rismo; de obscura, deq; inornata ratione vitijs; ad extrem tertiùs Grammaticæ liber, qui est de syllabarum dimensio cum suis Appendicibus.

Porrò expedire videbatur, vt hæc Grammaticæ pa tres in tres item libros, separatim typis vt nùnc loquimur, cusos referentur, id quod etiam Anno M. D. XC. VIII. fact erat, vt neque Magistri, neque discipuli quiquam, vel trans rent. vel alieno loco tractarent. Verùm quoniam id Bibliop negant suis rationibus conuenire, satis vtriq; rei fieri posse sum est, si & initio hæc totius Grammaticæ pro tribus classib partitis proponatur, & in singulis deinceps non modo partib sed etiam partium capitibus, præceptis, exceptionibus, appen cibus, notæ apponantur, quibus quid cuiq; classi ordine congr at, indicetur.

Porrò admonitiones, quæ in primo præsertim libro sunt fertæ, ad solos Magistros pertinent: vt ex ijs rationem exe cendi, vel explicandi, facilius hauriant.

Exceptiones vero & Scholia etiam discipulis proponuntur, ad proxima præcepta, siue appendices, referuntur Ergò eadem classe sunt explicanda, in qua traduntur, præcepta æ proximè antecedunt. Scholia tamen non videntur à discis edicenda, nisi fortè vim nouorum interdum præceptorum ntineri viderentur.

Explicatio notarum.

I.)	Pro infima classe siue schola Grammaticæ.
I. O. I.)	Pro inferiori ordine infimæ classis Grammaticæ.
S. O. I.)	Pro superiori ordine infimæ classis Grammaticæ.
M.)	Pro media, siue secunda classe Grammaticæ.
S,)	Pro suprema siue prima classe Grammaticæ.
p. I gen.	Appendix, vel appendices prioris generis, quæ ad mediam classem Grammaticæ spectant.
p. II. gen.)	Appendices posterioris generis, quæ ad supremam tantùm classem Grammaticæ spectant,

ADMONITIO.

Ad Professores Grammaticæ.

rca vitia quædam contra Orthoepiam & Accentum, è Scholis nostris tempestiuè & seriò, extirpanda.

Vum præclarum illud Horatij dictum: Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu: verissi- n esse re ipsa quotidie experiamur: dabit imprimis ope- Præceptor, vt discipuli etiamnum tyrones, & Latinæ lin-

guæ rudes, iam inde, à principio optimæ pronuntiationi a-
scant, quod vt faciliùs assequantur, studiosè diligenterq;
seruabit, quibus præcipue vitijs laboret ea regio in qua
commissam iuuentutem instituet: nam singulis ferè na-
bus domestica quædam ac natiuæ insunt vitia, quibus L
sermonis splendor obscuratur, ac pene obruitur. Poloni
si Magistrum diligentem, ac bene pronunciandi studiosum
cti fuerunt, non malè quidem pronunciant. sin vero in
inciderint, qui officio suo desit, ac de auditorum progress
rum sit solicitus, barbare literas multis in locis efferunt,
niuersam propè Orthòëpiam pessundant: cuius rei hoc
nonnulla exempla proponere, operæ pretium videtur. Q
doquidem id munus Grammatices, non est minimum ce
dum. Deprauandæ porrò Orthòëpiæ modi præcipui sunt
quinque.

Primus est; quando vocales, seu nimis vaste, & rusti
more efferuntur: vt vomo pro homo, vommes, pro omnes,
lus; pro galus; seu vice versa, nimis exiliter. & effemin
vt, aremus pro oremus, daminus pro dominus. Huc per
vocalium subtractio; v. g. Palus, pro Paulus: casa pro ca
seu earundem additio, vt, visiio pro visio: quiestio, pro
stio: viertus, pro virtus: itemq; in alijs literis commuta
exempli causa, Iacubus pro Iacobus: diabolus, pro diab
galdium, pro gaudium: peccatur pro peccator: com,
cum.

Secundus modus, in consonantium vel nimis expressa pr
tione consistit: at si quis dicat, voprago pro vorago, p
pro pars, egzercitus, veluti per g, & z, seu ecsercitus scrip
pro exercitum, vel earundem consonantium additione, v
chomo pro homo, chabeo; pro habeo, sanictus pro sanctus:
detractione, seu obscuræ prolationis; vt horus, pro chor
Virilius, pro Virgilius: belum pro bellum, tera pro te
Potest ijs adiungi literarum commutatio. v. g. ponatur

pr

pro s, vt ſcamnum, pro ſcamnum, Franciſcus, pro Franciſcus, cuſpis, pro cuſpis, z, pro s, ferre: vt rezurgo, pro reſurgo: & ipſum ſ, pro z, vt ſelus, pro zelus, &c. &c. Huc ſpectant quidam Germaniſſimi: vt ſiuo, pro viuo: pibere pro bibere.

Tertius modus, ſyllabarum additionem, ſeu detractionem, complectitur. Addita ſyllaba cenſetur, ſi pronuncietur diablus pro diabolus: batus, pro beatus: rebioſus, pro religioſus: Maiſter; pro Magiſter: yeme; pro hyeme, gentiuo ſiue gennitiuo, pro genitiuo. Ad hoc vitium referendi ſunt illi, qui vltimas ſyllabas dictionum ita ſupprimunt, vt veluti eaſdem abſorbeant ſeu deuorent: v. g. rependere: & qui nondum finita dictione reſpirant, vt perhorreſcerent.

In quartum modum corruptæ pronuntiationis conijcere poſſumus verba peregrina Latina terminatione donata: ſeruatis tamen literis, aut ſyllabis, à lingua Latina alienis v. g. Kazimirus, pro Caſimirus, Przemyslia, pro Præmyslia, Poluckum, pro Polocia, ſeu Poloſcum. Olamucium, pro Olomucium.

Quintus modus eſſe poteſt in accentum negligentia, qua de re ſuo loco agendum eſt. Ex huiusmodi fontibus plurima pronuntiationis monſtra emergunt. In iiſdem ſyllabarijs ſcholis; pleraque omnia; quæ ſupra diximus, orta ſunt vitia: nam dum verba articulatim. ſyllabatimq́; potiùs mandunt, quàm ſonant, literaſq́; alias addunt, alias detrahunt, alijs alias permutant; ſonos fingunt nouos & inauditos. Quare congerenda eſt magna verborum ſylua, quorum pronunciatio difficilior ſit, quibuſcum tam diu noui palæſtritæ luctabuntur, donec deuicta, & proſtrata fædiſſima barbaries, è palæſtra gymnaſioque extrudatur, & in perpetuum relegetur. Hoc idem Fabius libro primo, initio vehementer, præceptoribus commendat his verbis: Non alienum fuerit ab iis ætatibus. quo ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo, vt nomina quædam, verſuſq́; affectatæ difficultatis, ex pluribus aſperrimè coeuntibus inter ſe ſyllabis catenatos & veluti confragulos, quam citatiſſimè vol

uant. Græce vocatur Χάεπωι. Res modica dictu, qua tamen omissa, multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis incmendabili in posterum prauitate durantur. Latinum Alphabetum, vel syllabatim dictitare non erubescet, alioquin, quod sæpe vsu venit, post multos annos analphabeti reperientur Emo, pro Em, & alia his deteriora literarum nomina perridicula vsurpantes. Quod si Professor id existimabit humilius esse, quam ut suum gymnasium deceat, potiusque ad elementarios, abecedariosq; Magistros spectare; meminerit & se, & eam, quam profitetur artem, ab elementis, literisq; nomina traxisse. Nos certè, quoniam in eadem versamur, ipsa non nudis formis, sed plenis nominibus libentissimè subijcimus, A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Ypsilon, Zeta. Multa denique ne longior sim, tyrunculis discenda. multa dediscenda sunt pro varijs nationum linguis, & vitijs, quæ præceptor pro sua prudentiâ, & eruditione, etiam atque etiam considerabit.

OPeræ pretium quoque fuisset, aliqua hic Ortographiæ præcepta accuratoria proponere. Sed quid id paucis fieri non poterat, & ea doctrina vix vllis certis & stabilibus regulis comprehendi potest; controuersis & spinosis rebus puerorum ingenia intricare, & libellum augere nimium, noluimus Sufficere interim duximus, monere Professores; vt cum de Orthographia duæ iam vulgò sectæ, antiquariariorum vna, neotericorum altera; exortæ sint; non facilè vni illarum toti adhærescant: sed ex utraq; ea potissimum sequantur, & pueris proponant, quæ Etymologiæ; Analogiæ, quæ origini & deriuationi, quæ compositioni, quæ significationi vocum, quæ linguæ Græcæ conformia magis sunt, & vsus communis doctorum virorum approbet.

Interim hæc præcipuè sunt obseruanda.

COnsidera, vbi, & quando scribenda sit Maiuscula, in principijs, initio periodorum.

Vbi ge-

Vbi geminata : vt s s, in superlatiuis, doctißimis: r r, erras t t, mitto: ll, bellum, &c.

vbi diphtongus : vt, cœlum, præmium, æternus :

vbi y: vt Chrysostomus, lychnus.

vbi aspiratio pura : habeo, hodie, non chabeo. Contra Cdorus, charitas cum c, non horus: vel post consonantem; vt, Rhetor, Cithara, Theologus, Stephanus.

Dictionum syllabæ diuidendæ, sic scribendo, quomodo componuntur pronunciando : vt, o-mnis, non om-nis, lau-do, ter-ra, cun-cti:

Græcum y, nunquam habet puncta in vertice, vt, Chrysantus, Chrysostomus; sed quæ habent Látinum geminatum, vt filii, vel filij, punctis notantur.

Nota, quibus oratio Latina distinguitur: sunt hæ præcipuæ:

Comma, seu incisum, scribitur sic ,

Colon, seu membrum, scribitur sic : vel sic ;

Periodus, seu ámbitus, scribitur sic .

Interrogatio sic ? Admiratio sic !

Parenthesis) (

Accentus tres, Acutus é, Audisné

Grauis sic è, cautè.

Circumflexus sic, ê, venêre.

Obserua etiam cognitionem inter literas; expronuntiatione ortam, ne aliam pro alia scribas: vt g. pro i maiestas, non magestas: contra egestas, non eiestas: agebant, faciebant, ajebant, dicebant, sic c, pro t actio, non accio; fortior, non forcior: amentia, non amencia. Sic f, pro ph, Stephanus, cophinus, triumphus.

Quoniam vero Ortographiâ Polonicâ passim corruptissimâ nostrates vtuntur; visum est etiam hoc loco, breuem tabellam eius rei proponere.

Vocales.	a & e Polonicum est triplex.	*a, á, a, dawáią. e, é, ę, trzeźwieię, zerdź, trzebá, żeby.*
	i, & y, duplex.	*i, y.* y, caret punctis in vertice, *iam był, bicz.*
Consonantes.	u, & w.	*u, w, wołow.*
	c triplex.	*c, ć, cz, coż czynić.*
	h aspiratio.	*h hárdy,* non *chárdy: chwałá* non *kwałá,* post *t,* & alias consonantes, non est ponendum *h,* vt *twoy, to iest łoś*
	l, & n, duplex.	*l, ł, wylał, n, ń, ná koń.*
	p, duplex.	*p, p, łup, łup.*
	s, triplex,	*s, ś. ß. sam śiedźiß.*
	z, triplex,	*z, ż, ź, zawod, żelázo, źimno.*

z, post c. & s, non ponendum, nisi quando crassus sonus exprimendus: vt in his: *czarny: ßáry;* non autem in his, *cały, ſtáry, cnotá, sen.*

Post l, item non est ponendum i, ante alias vocales vt *láto,* non *liáto: cheb,* non *chlieb,* nec detrahenda aliqua vocalis; vbi ea requiritur: vt, *Gniew, lepiey,* non *lepi; łaski Bożey,* non *Boży.* Quod vitium etiam in pronunciatiatione Græcarum vocum, est sedulò notandum, & cauendum, ne mirum pro κεφαλὴ, proferatur *kiefáli, sed kefali:* sic κέρας, *keras,* efferendum, non *kieras:* γε, *ge,* non *gie.* Nec temerè commutandæ vocales vna in aliam. v. g. *miły,* dicendum, non *miely grzech* non *grzeck, bytem,* non *betem, śpiewak,* non *śpiwak, świecá,* non *świcá, &c.*

Et quoniam pronunciatio accentus, nostræ genti admodum difficilis ac proinde vitiosa est, præcepta autem eius in quarta demum schola ediscuntur; non existimet gnarus Grammatices

matices Magister, alienum esse à sua schola; accentum diligenter obseruare; & idem à discipulis exigere: siquidem eius rei neglectus, absurdam & non ferendam eruditis auribus pronuntiationem in scholas alioqui bene ordinatas inuehit: & ægre admodum in superioribus scholis pueri vitia dedocentur, quibus in scholis inferioribus assueuerunt. Id quod noster auctor aduertit, qui ob eandem causam, Syntaxeos etiam aliqua initia Infimæ scholæ pueris instillanda proposuit. Accentum verò multi auctores, in tota Analogia inculcant, quod nostro auctori non placuit: ne incrementum formuli, præcepta obscura & prolixa magis redderentur, proprio igitur loco illa reseruauit. Nos nihilominus ne difficultatem huius exercitationis aliquis opponat, suggerendum duximus, quid hæc in parte, pro captu puerorum, facile, & paruo cum labore, magno autem fructu, possit fieri.

Suffecerit igitur interim has aliquod regulas communes obseruare.

1. *Ex incrementis nominum & verborum, multorum dictionum accentus cognoscuntur; v. g. in sequentibus penultimæ habentur longæ, Musarum, Dominorum, Animalis, Sermonis, Amarem, Docerem, Audire; & in cæteris similibus. In his porrò breues Patribus, Marmoris, Legero, Amauero, Generis, Nominis, & horum similibus.*

2. *Eleuanda est vocalis in penultima, quam duæ consonantes sequuntur; vt Perennis, Diosertus, Lauasse deprimenda quam vocalis altera sequitur, vt Sedeo.*

3. *Diphtongus omnis longa est? Catharædus, Iudæa.*

4. *Obseruandæ sunt nonnullæ voces sæpius occurrentes, & ediscenda sedulo, v. g. Figura, Numerus, Explica, Disputa, Prouoco, Dicito.*

5. *Monosyllabæ dictiones, exceptis tribus Enclitis Coniunctionibus, quo, ne, ve, non sunt trahendæ ad accentum præceden-*

cedentis dictionis, quo vitio pleriq; passim laborant, & duo simul peccata committunt; in vltima nempè syllaba; tonum ponentes, quod Latinis inauditum est: & sub vno accentu duas dictiones pronunciantes: hoc modo, ades huc pro ades huc, beatus vir, pro beatus vir, vidisti me, pro vidisti me.

Ad extremum, nullo modo ferendum est, in scholis nostris, vitium illud pronuntiationis longè absurdissimum, dum pueri pensa quotidiana suis censoribus vel Magistris audientibus recitantes, præcipiant verba sic, vt ægre intelligantur; & subinde hæsibundi; post aliquod verba subsistant, eandem dictionem aut syllabam repetentes, aut vocalem e, e, e, ingeminantes, & cantillantes. Lente ergò distinctè & sine his additamentis, recitare doceantur.



EMMANVELIS ALVARI,
E SOCIETATE IESV,
DE INSTITVTIONE GRAMMATICA.
LIBER PRIMVS.
PRÆFATIO.



VRE optimo labor hic, qualiſcunque eſt, fruſtra ſuſceptus in tanta Librorum multitudine videri poſſet; niſi ſingularis illa virtus, qua res paruæ creſcunt, ſine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim quum Patribus noſtris, illud inprimis propoſitum ſit, atque ob oculos perpetuò verſetur, vt qui Societati IESV, eiuſdem DEI Opt: Max. beneficio, nomen dedimus; non ſolùm in ijs, quæ propria ipſius ſunt inſtituti; verùm etiam in rebus, quæ minimi videntur eſſe momenti, concordiſſimè viuamus: viſum eſt, ab aliquo noſtrum Grammaticam artem ſcribendam eſſe, qua vbique terrarum, quod eius fieri poſſet, noſtri vterentur. Quod onus, quum mihi eſſet impoſitum, id quidem non meis humeris, (ſcio enim quam ſim imbecillis) ſed ſanctæ obedientiæ viribus fretus, libenter ſuſcepi. Nam ei qui ſponte ſua ſui iuris eſſe deſijt: proprioq; iudicio, atque voluntati, propter Deum, nuncium remiſit; non tàm inſcientiæ nota, quàm nec obedientis animi crimen pertimeſcendum eſt. Suſcepto itaq; onere operam dedi ne officio meo deeſſem. fontes ipſos adij M. Varonis Romanorum omnium eruditiſſimi, libros de Etymologia, itaq; Analogia, duodecim Fabij Quin

bij Quintiliani de inſtitutione Oratoria, qui mihi maximum adiumentum attulerunt: Aulij Gelij noctium Atticarum vnde viginti. Probi, Diomedi, Phocæ, Donati, Priſciani inſtitutiones Grammaticas, vt potui, perlegi, quorum poſtremus ante mille annos, Iuſtiniani Principis ætate Athenis floruit. Is præter cæteros, decem & octo libros ſcripſit, in duobus paſſim hominum doctiſſimorum teſtimonijs vtitur, quorum hohie aut nulla, aut perexigua extant veſtigia. Eſt ille quidem ſermone inornato & incompto; ſed multa ac varia eruditione labitur interdum, vt homo maximê vbi Latina præcepta, vt Græcus, ac Græcorum normam exigit: ſed grauiſſimorum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, præclara atque luculenta doctrina, eius errata obteguntur penitus, & obſcurantur. De rebus vel minimis tenuiſſimiſque, hoc eſt primis elementis, quâ fuit diligentia, teſtes locupletiſſimos, M. Varronem. C. Cæſarem, Plinium, atque alios quàm plurimos producis. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copioſius, nemo accuratiùs, aut tractaſſe, aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur peruolutaſſe. Quod ad recentiores attinet, eos potiſſimum euoluimus, qui nobis eſſent vſui futuri. Iactis ad hunc modum fundamentis, ex vtriſque Grammatices præcepta delegimuſque Terentij, Ciceronis, Cæſaris, Liuij, Virgilij Horatij, atque aliorum veterum teſtimonijs pro noſtra tenui infirmaque parte, confirmauimus. De hinc ſi qui forte in hunc librum concidiſſent, breuiter putauimus admonendos. Reliquum eſt, quoniam librorum infinitus eſt numerus ſcribendorum nullus eſt finis. vt conuenienter diuinis, præceptis, congruenterque viuamus ita enim fiet, vt in libro vitæ conſcripti, DEI Opt: Maximi conſpectu, cui hoc opuſculum dicamus, perpetuo fruamur.

LIB

IBRI PRIMI

PARS PRIOR.

RO INFIMÆ CLASSIS GRAMMATICÆ INFERIORE ORDINE.

De Nominum declinatione,

ADMONITIO.

VETERES illi ac nobiles Grammatici, vel Ciceronis florentiſſima ætate, nominibus declinandis Pronomen, ſiue articulum (nam vtroque modo à Terentio, Varrone, dicitur) Hic, Hoc caſibus omnibus proponebant, quo tùm no- um generà, tum caſus notabant: non quod Græco- more Romani articulos in oratione adhiberent; ſed xpeditiùs rem Grammaticam tractarent: ne ſi viri- muliebre, ac neutrum genus, nominandi, interro- li, dandi, cæteroſque caſus ſæpiùs inculcarent, legen- tædium afferent. Quâ declinandi ratione M. o Romanorum eruditiſſimus, frequentiſſimè vtitur s libris, quos de Analogia ſcriptos reliquit, in quo- tertio: Dicunt, inquit, non habere caſus Mox, & Nequam habere, quod dicamus hic nequam, hu- nequam, huic nequam. Idem in eodem, vbi de na- i, & voluntaria declinatione agit. Naturam di- quum vniuerſi acceptum nomen ab eo, qui imponit requirimus, quemadmodum id velis declinari, ſed declinamus, vt; huius Romæ, hanc Romam. In em: Dicitur enim, hic Lepus, & hoc Nemus: ſi e- em generis eſſent, vtrique proponeretur idem, ac retur, vt, hic Lepus, & hic Nemus: aut hoc Lepus, oc Nemus, Nigidius, quem M. Tullius propter excel-

excellentem & ingenij, & eruditionis præstantiam, coluit ac plurimi fecit, in quarto, & vigesimo Commentariorum Grammaticorum, apud Gellium, *lib: 15. cap: 14* Si, huius, inquit, amicei, vel huius magni scribas, vnum I, facito extremum sin vero hi amici; hi magnei, casum multitudinis recto, tunc ante I, scribendum E, atque idipsum facies in similibus. Eodem modo Fabius, Probus, Gellius, locuti sunt, & qui post eos præcepta Grammaticæ tradiderunt. Donatus non solùm articulos casibus, sed ipsis etiam articulis casuum appellationem præposuit, hoc modo: Nominatiuo hic Magister, Genitiuo huius Magistri, Datiuo huic Magistro, Diomedes Veterum ritu articulis contentus fuit. Quid ergo, dicat aliquis, tibi in mentem venit, vt à grauissimorum hominum sententia recederes? Ego verò, tant[...] abest; vt ab eorum sententia recesserim vt ipsos etia[m] in his commentariolis, ad imitandum mihi potissimùm proposuerim. Quibus igitur rationibus adductus. Pu[e]eris declinationum formas, prætermissis articulis, edi[-]scèndas proposui? Nimirum, quia satis superque arbitror, casuum vocabula ipsis casibus præponere, articulos verò nominum tantùm propositionibus, rectisque casibus. Aliud est enim rationem, viamque tradere, qu[a] Latinam linguam discas; aliud Grammaticæ quæstiones explicare, nodosq; difficiles expedire. Hic & articulis licet vtare, & alij, quæ Grammaticorum quidem sunt propria, sed à Latinis sermonis cultu & elegantia longè alienissima: illic omnia quæ potiùs impedimento. quam emolumento esse possunt, omnino, quoad eius fieri poterit, remouenda sunt. Quorsum enim ea pueri memoriæ mandent, quæ nullam ipsis vtilitatem sint allatura? Quid attinent nomina articulis infarcire, quorum nullus in oratione Latina sit vsus? Quodsi priscis temporibus

poribus id ſtudio fuit ludimagiſtris, vt pueros nominã in caſus inclinantes, articulis tanquam crepitaculis quibuſdam oblectarent: nemini id mirum videri debet; ſiquidem ea ætate Latinam linguam cum lacte nutricis ſugebant. Nobis verò non idem licet, qui Muſas non dominatas, ſed multo tempore partas colimus. Quæ quum ita ſint, ea doceantur, quæ breui eis vſui futura ſunt. Incipiant iam nunc loco articulorum, mobilia nomina cum fixis coniungere, & in ipſo primo aditu, veſtibuloque Grammaticæ, adiectiui ac ſubſtantiui nominis conſenſum, concordiamque deguſtare, ac rectæ conſtructionis partem, licet imprudenter experiri: ita enim fiet, vt aſsidua exercitatione, tùm expeditiùs, tùm faciliùs, & ſcribant, & loquantur. Quæ me cauſa mouit, vt declinandi initium à muliebri vocabulo facerem, vt vel primo ipſo die, quo Grammaticam attigiſſent, aliquẽ ſui laboris fructum perciperent: nam adiectiua ſi eiuſdem ſint formæ atq; exitus ſine vllo làbore cum ſubſtantiuis copulant: vt, Ferula acerba: ſin autem figurâ ab ijſdem diſcrepent, non ſtatim, ſed paucis poſt diebus declinanda ſunt: vt Ferula minax, Muſa dulcis.

DE NOMINVM
Subſtantiuorum declinatione.
CAPVT PRIMVM.
PRIMA NOMINVM DECLINATIO.

Virga, nomen declinationis primæ, generis fœminini, numeri ſingularis; ſic declinabitur.

NOminatiuo hæc	Virga,	*Tá Rozgá.*
Genitiuo	Virgæ,	*Rozgi.*
Datiuo	Virgæ,	*Rozdze.*

 Accu-

Accuſatiuo		Virgam,	*Rozgę.*
Vocatiuo	ô	Virga,	*Rogo.*
Ablatiuo	â	Virga,	*Od rozgi, rozgą.*

Numero Plurali.

Nominatiuo	hæ	Virgæ,	*Rozgi.*
Genitiuo		Virgarum.	*Rozg.*
Datiuo		Virgis,	*Rozgom.*
Accuſatiuo		Virgas,	*Rozgi.*
Vocatiuo	ô	Virgæ,	*Rozgi.*
Ablatiuo	à	Virgis,	*Od rozg, rozgámi.*

Sic, Hæc terra fæcunda, *Ziemiá vrodzáyna.*
Hæc ferula, ſeu virga acerba, *Rozgá przykra.*
Hæc muſa dulcis, *Spiewánie słodkie Rymy.*
Hæc ferula minax, *Rozgá grozna.*

Paucis poſt diebus.

Hic nauta vigilans, *Zeglarz czuyny, Flis.*
Hic Poëta optimus, *Rymotworcá oſobliwy.*

S c h o l i o n.

Aſſueſcant pueri, in ipſo primo aditu veſtibuloq́ Grammaticæ, adiectiua nomina cum ſubſtantiuis copulare. Adiectiua, ne multa, aut ne inepta, temerè congeſta, ſint delecta, à bonis auctoribus petita; ad ſummum duo: vt, Puer verecundus & ingenioſus.

SECVNDA DECLINATIO.

Dominus, nomen declinationis ſecundæ, generis maſculini, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

Nominatiuo	hic	Dominus,	*Ten Pan.*
Genitiuo		Domini,	*Páná.*
Datiuo		Domino,	*Pánu.*
Accuſatiuo		Dominum,	*Páná.*
Vocatiuo	ô	Domine,	*Pánie.*
Ablatiuo	à	Domino,	*Od Páná, Pánem.*

Nume-

Numero Plurali.

Nominatiuo		Domini,	*Pánowie.*
Genitiuo		Dominorum,	*Pánow.*
Datiuo		Dominis,	*Pánom.*
Accuſatiuo		Dominos,	*Pánow, Pány.*
Vocatiuo	ô	Domini,	*Pánowie.*
Ablatiuo	à	Dominis,	*Pánow, Pánámi.*

Aliquod poſt dies.

Hic Dominus prudens, *Pan mądry.*
Hic animus generoſior, *Vmysł ßláchetnieyßy.*
Hæc populus proceriſsima, *Topola naywyżßa.*

Templum, nomen declinationis ſecundæ, generis neutrius, numeri ſingularis, ſic declinabitur.

Nominatiuo	hoc	Templum,	*Kośćioł.*
Genitiuo		Templi,	*Kośćiołá.*
Datiuo		Templo,	*Kośćiołowi, kośćiołu*
Accuſatiuo		Templum,	*Kośćioł.*
Vocatiuo	ô	Templum, *o*	*Kośćiele.*
Ablatiuo	à	Templo,	*Kośćiołá, kośćiołem.*

Numero Plurali.

Nominatiuo		Templa,	*Kośćioły.*
Genitiuo		Templorum,	*Kośćiołow.*
Datiuo		Templis,	*Kośćiołom,*
Accuſatiuo		Templa,	*Kośćioły.*
Vocatiuo	ô	Templa, *o*	*Kośćioły.*
Ablatiuo	à	Templis,	*Kośćiołow, kośćiołámi*

Hoc Templum ſanctiſsimum, *Kośćioł naświętßy.*
Hoc ingenium illuſtre. *Dowćip wyborny.*

Suo tempore.

Hoc Templum ingens, *Kośćioł bárzo wielki.*
Hoc ingenium illuſtre. *Dowćip sławny, iáſny.*
Przezacny, świetny.

TERTIA DECLINATIO.

Sermo, nomen declinationis tertiæ, generis masculini, numeri singularis; sic declinabitur.

Nominatiuo	hic	Sermo,	*Mowá.*
Genitiuo		Sermonis,	*Mowy.*
Datiuo		Sermoni,	*Mowie.*
Accusatiuo		Sermonem,	*Mowe.*
Vocatiuo	ô	Sermo,	*Mowo.*
Ablatiuo	à	Sermone,	*Mowy, mową.*

Numero Plurali.

Nominatiuo	hi	Sermones,	*Mowy.*
Genitiuo		Sermonum	*Mow.*
Datiuo		Sermonibus,	*Mowom.*
Accusatiuo		Sermones,	*Mowy.*
Vocatiuo	ô	Sermones,	*Mowy.*
Ablatiuo	à	Sermonibus,	*Mow, mowámi.*

Hic Sermo elegans.	*Mowá ozdobna.*
Hic Sermo quotidianus,	*Mowá powßednia.*
Hæc virtus admiranda,	*Cnotá dźiwna.*
Hæc Oraiio elegantior.	*Orácya ozdobnieyßa.*

Tempus nomen declinationis tertiæ, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo	hoc	Tempus,	*Czás.*
Genitiuo		Temporis,	*Czásu.*
Datiuo		Tempori,	*Czásowi.*
Accusatiuo		Tempus,	*Czás.*
Vocatiuo	ô	Tempus,	*Czáśie.*
Ablatiuo	à	Tempore.	*Czásu. czásem.*

Numero Plurali.

Nominatiuo	Tempora,	*Czásy.*
Genitiuo	Temporum,	*Czásow.*
Datiuo	Temporibus,	*Czásom,*

Accu-

Accuſatiuo		Tempora,	*Czáſy.*
Vocatiuo	ô	Tempora,	*Czáſy.*
Ablatiuo	à	Temporibus,	*Czáſow, czáſámi.*

Hoc Tempus breuius, *Czás krotßy.*
Hoc Tempus pretioſum, *Czás drogi.*
Hoc Tempus velox, *Czás prędki.*
Hoc nomen celebre, *Imię sławne.*
Hoc flumen rapidum, *Rzeká byſtra.*

Parens, nomen declinationis tertiæ, generis communis, numeri ſingularis; ſic declinabitur.

Nominatiuo	hic & hæc	Parens,	*Oćiec ábo mátká rodźic.*
Genitino		Parentis.	
Datiuo		Parenti.	
Accuſatiuo		Parentem.	
Vocatiuo	ô	Parens.	
Ablatiuo	à	Parente.	

Numero Plurali.

Nominatiuo		Parentes.
Genitiuo		Parentum.
Datiuo		Parentibus.
Accuſatiuo		Parentes.
Vocatiuo	ô	Parentes.
Ablatiuo	à	Parentibus.

In lingua Polonica, non ſunt hæc communia, ſed potiùs alia, v. g. *sługá, niecnotá, &c.*

Hic & hæc Ciuis, *Mießczánin, y mießczká.*
Hic & hæc Hoſtis, *Nieprzyiaćiel, y nieprzyiaćiołká.*

His nominibus adduntur Adiectiua, non coniunctim, ſed ſeparatim: Hic ciuis Romanus, hæc ciuis Romana.

QVARTA DECLINATIO.

Senſus, nomen declinationis quartæ, generis maſculini, numeri ſingularis; ſic declinabitur.

 Nomi-

NOminatiuo hic		Senſus,	*Zmyſł.*
Genitiuo		Senſus,	
Datiuo		Senſui,	
Accuſatiuo		Senſum,	
Vocatiuo	ô	Senſus.	
Ablatiuo	à	Senſu.	

Numero Plurali.

Nominatiuo		Senſus,	*Zmyſły.*
Genitiuo		Senſuum,	
Datiuo		Senſibus,	
Accuſatiuo		Senſus,	
Vocatiuo	ô	Senſus,	
Ablatiuo	à	Senſibus.	

Hic ſenſus hebes, *Zmyſł tępy,*
Hic ſenſus tardus, *Zmyſł leniwy.*
Hic ſenſus tenuis, *Zmyſł máły, błáhy.*
Hæc anus delira, *Bábá głupia bátámutnia.*

Genu, nomen declinationis quartæ, generis neutrius numeri ſingularis, ſic declinabitur.

Nominatiuo		Genu,	*Koláno.*
Genitiuo		Genu,	
Datiuo		Genu,	
Accuſatiuo		Genu,	
Vocatiuo	ô	Genu.	
Ablatiuo	à	Genu.	

Numero Plurali,

Nominatiuo hæc		Genua,	*Koláná.*
Genitiuo		Genuum,	
Datiuo		Genibus,	
Accuſatiuo		Genua,	
Vocatiuo	ô	Genua,	
Ablatiuo	à	Genibus,	

Hoc genu flexum,	*Koláno nágięte.*
Hoc genu tumen,	*Koláno nápuchłe.*
Hoc cornu inflexum,	*Rog zgięty náchylony.*
Hoc tonitru horrendum.	*Grom srogi strászliwy.*

QVINTA DECLINATIO.

Dies, nomen declinationis quintæ, generis masculini vel fœminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo	hic *vel* hæc	Dies,	*Dźień.*
Genitiuo		Diei,	
Datiuo		Diei,	
Accusatiuo	hunc *vel* hanc	Diem,	
Vocatiuo	ô	Dies,	
Ablatiuo	à	Die.	

Numero Plurali.

Nominatiuo	hi *vel* hæ	Dies,	*Dni.*
Genitiuo		Dierum,	
Datiuo		Diebus,	
Accusatiuo		Dies,	
Vocatiuo	ô	Dies,	
Ablatiuo	à	Diebus.	

Hic dies lætissimus,	*Dźień bárzo wesoły.*
Hic illustris,	*Dźień iásny.*
Hæc res domestica,	*Rzecz domowa.*
Hæc res familiaris,	*Rzecz gospodárska.*
Hæc facies honesta, & liberalis.	*Twarz vćciwa y szláchecka*

CAPVT II.

DE NOMINVM Adiectiuorum declinationibus.

Adiectiua nomina eo modo, quo substantiua supra posita declinantur. Porrò vnum adiectiuum aliquando ratione diuersarum terminationum quas habet, ad diuersas substantiuorum-

rum declinationes pertinet, tantùm autem in tribus primis declinationibus adiectiua reperiuntur.

P. I. O. I. C.

Bonus, bona, bonum, nomen mobile, declinationis primæ, & secundæ numeri singularis; sic declinabitur.

Nominatiuo	Bonus,	bona,	bonum,	*Dobry.*
Genitiuo	Boni,	bonæ,	boni.	
Datiuo	Bono,	bonæ,	bono.	
Accuſatiuo	Bonum,	bonam,	bonum.	
Vocatiuo ô	Bone,	bona,	bonum.	
Ablatiuo à	Bono,	bona,	bono.	

Numero Plurali.

Nominatiuo	Boni,	bonæ,	bona.
Genitiuo	Bonorum,	bonarum,	bonorum.
Datiuo	Bonis.		
Accuſatiuo	Bonos,	bonas	bona.
Vocatiuo ô	Boni,	bonæ,	bona.
Ablatiuo à	Bonis.		

Subſtantiua nomina eodem modo declinantur, niſi quod caſu interrogandi, ſyllaba IVS, dandi verò, I litera terminantur.

Alter,	*Drugi,*	altera,	alterum,	alterius,	alteri,
Alius,	*Inſſy,*	alia,	aliud,	aliûs,	alij.
Solus,	*Sam,*	ſola,	ſolum,	ſolius,	ſoli.
Totus,	*Cáły,*	tota,	totum,	totius,	toti.
Vnus,	*Ieden,*	vna,	vnum,	vnius,	vni.
Vllus,	*Ktokolwiek,*	vlla,	vllum,	vllius,	vlli.
Nullus,	*Zaden,*	nulla,	nullum,	nullius,	nulli.
Vter,	*Kto ze dwuch,*	vtra,	vtrum,	vtrius,	vtri.

Neuter, *Ani ten, áni ow,* neutra, neutrum, neutrius, neutri
Vterque, *Obádwá,* vtraque, vtrumque, vtriuſque, vtriq;
Alteruter, *Ieden ze dwuch,* alterutra, alterutrum, alterutrius, alterutri,

Acer

Acer, acris, acre, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo	hic	Acer, *Ostry*, hæc acris, hoc acre.
Genitiuo		Acris.
Datiuo		Acri.
Accusatiuo		Acrem, & acre.
Vocatiuo	ó	Acer, acris, & acri.
Ablatiuo	ab	Acri.

Numero Plurali.

Nominatiuo		Acres, & acria.
Genitiuo		Acrium.
Datiuo		Acribus.
Accusatiuo		Acres, & acria.
Vocatiuo	ô	Acres, & acria.
Ablatiuo	ab	Acribus.

Hic alacer, hæc Alacris, hoc Alacre. *Ochotny, czerstwy*
Hic Volucer, hæc Volucris, hoc Volucre. *Prędki, lotny*

Breuis, & Breue, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis; sic declinabitur.

Nominatiuo		hic & hæc Breuis, *Krotki*, & hoc breue
Genitiuo		Breuis.
Datiuo		Breui.
Accusatiuo		Breuem, & breue.
Vocatiuo	ô	Breuis, & breue.
Ablatiuo	à	Breui.

Numero Plurali.

Nominatiuo		Breues, & breuia.
Genitiuo		Breuium.
Datiuo		Breuibus.
Accusatiuo		Breues, & breuia.
Vocatiuo	ô	Breues, & breuia.
Ablatiuo	à	Breuibus.

Breuior, & Breuius, nomen comparatiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis sic declinabitur.

NOminatiuo hic & hæc		Breuior, *Krotſſy*, & hoc breuius.
Genitiuo		Breuioris,
Datiuo		Breuiori,
Accuſatiuo		Breuiorem, & breuius,
Vocatiuo	ô	Breuior, & breuius,
3. Communes, siue mediæ, quæ & præeunt, & subeunt: vt, *Ergo, igitur, itaque, quidem.*

DE ACCIDENTIBVS, siue Attributis partium orationis.

SVnt quædam, quæ partes orationis comitantur: vt, *Numerus, Casus, Genus, Declinatio, Modus, Tempus, Persona, Figura, Species: quæ accidentia, siue attributa partium orationis vocantur.*

Numeri Nominum, Pronominum, Verborum, & Participiorum, sunt duo.
Singularis: vt, *Musa, Ego Amo, amans.*
Pluralis: vt, *Musæ, Nos Amamus, amantes.*
Casus Nominum, Participiorum, & nonnullorum
Prono-

Pronominum sunt sex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Nomen, Pronomen, & Participium, tria habent genera præcipua; Masculinum, siue virile, cui præponitur Pronomen hic: vt, Dominus, meus, doctus. Fœmineum, siue muliebre: cui præponitur Pronomen hæc: vt, hæc ancilla mea, docta. Neutrum, cui præponitur Pronomen hoc: vt, hoc Mancipium meum doctum.

Ex his tribus generibus nascuntur duo alia, Commune duorum, & Commune trium. Commune duorum est, cui præponũtur Pronomina hic, & hæc: vt, hic, & hæc parens. Commune trium, siue omne, cui præponuntur Pronomina hic, hæc, hoc: vt, hic, & hæc, & hoc prudens, nostras, amans.

DECLINATIONES SIVE Formæ nominis quinque.

PRima, cuius genitiuus terminatur æ, diphtongo: vt, Musa, Musæ.

Secunda, cuius genitiuus terminatur litera i; vt, Dominus, Domini.

Tertia, cuius genitiuus terminatur syllaba Is: vt, Sermo, sermonis.

Quarta, cuius genitiuus terminatur syllaba Vs: vt, Sensus, sensus.

Quinta, cuius genitiuus terminatur literis E, & I, separatis: vt, Dies, Diei.

Pronomina Meus, tuus, suus, noster, vester; ad primam & secundam nominum declinationem spectant. Nostras, & vestras, ad tertiam: cætera proprias habent formas.

Participia, quæ in Ans, & Ens exeunt, ad tertiam declinationem pertinent; vt, Amans, Docens, &c. Reliqua ad primam, & secundam; vt, Amaturus, amatura, amaturum. Amandus, amanda, amandum.

Declinationes, siue Coniugationes Verborum, sunt quatuor.

PRima, cuius secunda persona præsentis Indicatiui exit in *As*; vt, *Amo, amas, amare.*

Secunda, in *Es* longum; vt, *Doceo, doces, docere.*

Tertia, in *Is* breue, & infinitum in *Ere*; vt, *Lego, legis, legere.*

Quarta, in *Is* longum, & infinitum in *Ire*; vt, *Audio, audis, audire.*

Modi verborum triti, ac Communes sunt quinque; *Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Infinitiuus.*

Tempora verborum sunt quinque: *Præsens, siue instans præteritum imperfectum; præteritum perfectum, præteritum plusquàm perfectum, futurum.*

Personæ Pronominum, sunt tres: Prima, *Ego.* Secunda, *Tu*: reliqua Pronomina tertiæ sunt personæ, præter *ipse, ipsa, ipsum*; quod cuiusuis est personæ. Item, prouocabulum, *Qui, quæ, quod.*

Personæ verborum sunt tres; Prima, vt *Amo.* Secunda; vt *Amas* Tertia; vt *Amat.*

Nomina & Participia, exceptis Vocatiuis, incertæ sunt Personæ, sicut & verba infinita; eam enim induunt personam, cuius est verbum cui adhærent; vt, *Ego M. Tullius defendi Rempubl: adolescens, non deseram Senex. Cupio te audire.*

Vocandi casus, quia secundis personis tantùm adhærent, solùm sunt secundæ personæ.

Figuræ Nominum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Præpositionum, Aduerbiorum, Coniunctionum; duæ sunt.

Simplex; vt, *Prudens, amo, amens, abs, prudenter, enim.*

Composita; vt, *Imprudens, idem, adamo, adamas, absque, imprudenter, etenim.*

Species Nominum, Pronominum, Verborum, Adverbiorum, sunt duæ: Primitiua; vt, *Pater, tu, caleo, clam.* Deriuatiua; vt, *Paternus, tuus, tua, tuū, calesco, clanculum.*

PRÆCEPTA ALIQVOT,
de Constructione Tyronibus educenda.
P. I. O. I. C.
CAPVT IX.
PRÆCEPTVM I.

SVBSTANTIVVM nomen cōcordat cum Adjectiuo in genere, numero, & casu: vt, *Puer ingeniosus. Memoria infirma. Ingenium tardum.*

II.

RElatiuum Qui, quæ, quod, cohæret cum antecedente in genere & numero; vt, *Non est dicendus puer ingenuus, qui verecundiam non amat. Accepi tuas literas, quæ mihi iucundissimæ fuerunt. Legi tuum Epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.*

III.

VErbum personale finiti modi, postulat ante se nominatiuum eiusdem numeri, & personæ; vt, *Ego lugeo, tu rides. Præceptor docet, nos legimus: vos scribitis. aleatores vapulant.*

IV.

VErbum infiniti modi, ante se Accusativum habet: vt; *Gaudeo te benè valere. Doleo parentes tuos ægrotare. Lætor fratrem tuum saluum & incolumem venisse.*

V.

VErbum Substantiuum non solùm ante se, sed etiam post se nominatiuum petit: vt; *Parsimonia est magnum vectigal. Auus tuus fuit vir doctus. Verecundia est maximum ornamentum pueritiæ.*

VI.

OMne verbum personale finiti modi, potest vtrinque habere nominatiuum pertinentem ad eandem rem; vt, *Hic vocatur Paulus. Ille viuit miserrimus. Boni moriuntur læti.*

VII.

QVotiescunque duo nomina substantiua, ad res diuersas pertinentia, in oratione ponuntur sine coniunctione, alterum erit genitiui casus: vt, *Libertus Pompeij. Ciceronis Epistolæ. Carmen Virgilij.*

VIII.

VErbum Actiuum post se accusandi casum postulat; vt, *Pueri ingenui amant literas. Frater tuus legit Ciceronem diligenter.*

IX.

VErbum Passiuum post se Ablatiuum desiderat cum præpositione, *A*, vel *Ab*: vt, *Literæ amantur à pueris ingenuis. Cicero legitur à fratre tuo diligenter.*

X.

QVodvis verbum admittit Præpositionem, cum suo casu; vt, *Fui in templo. Eo in gymnasium. Sedeo in scamno.*

XI.

OMne verbum, & multa nomina, Datiuum habere possunt eius rei, cui damnum aliquod vel commodum datur: vt, *Laboras alijs, mihi soli es otiosus. Catilina fuit perniciosus Reipublicæ. Senes non sibi, sed filijs aut nepotibus arbores serunt.*

XII.

TEmporis continuatio, in Accusatiuo, vel Ablatiuo ponitur, frequentius tamen in Accusatiuo; vt, *Pater tuus vixit quinquaginta annos, vel quinquaginta annis. Dedi operam Diomedi tres annos, vel tribus annis. Scripsi duas horas, vel duabus horis.*

XIII.

XIII.

QVicunque verbo potest addi Ablatiuus significans PRETIVM: vt, *Emi librum decem denarijs. Vendidisti atramentarium tribus sestertijs*; vel INSTRVMENTVM: vt, *Scribo calamo. percutior ferula*; vel CAVSAM: vt, *Seruus tuus interijt fame. Tabesco dolore.*

XIV.

GErundia, Supina, & Particicipia, postulant post se casus verborum, à quibus oriuntur; vt, *Scribo literas. Sum scripturus literas.*

DE GENERIBVS NOMINVM DIFFICILIORIBVS. P. S. O. I. C.

CAPVT X.

GEnera Nominum partim ex significatione, partim ex terminatione noscuntur.

De Generibus Nominum, quæ ex significatione cognoscuntur.

Præceptum I. De masculinis.

Quæ maribus solùm tribuuntur, mascula sunto.
Mascula censentur specie depicta virili.
Et quibus appositum tantum tribuisse virile.
Credibile est veteres, ceu latro, præsul & hospes.

SCHOLION.

Nomina propria virorum; vt, Æneas, Catilina, Masinissa, Cato; & eorum quæ viri specie pinguntur; vt, Michaël, Dæmon, Satyr, Pan, Aquilo, *pułnoczny wiátr*, Boreas, *tákże*; cæteraque nomina Angelorum, Deorum, atque ventorum masculina sunt.

Nomina item appelatiua, quæ viris duntaxat conueniunt; vt Scriba, *Pisarz*: Lanista, *Szermierz*. Scura, *Błazen*,

Błazen, *ſſyderz*; Nauta, *Flis*; Bibliopola, *Xięgarz*; Latro, *Zboycá*; Pirata, *Morſki rozbóynik*; Præſul, *Biſkup*; Caupo, *Goſpodarz goſcinny*; Hoſpes, *Goſć*; Tibicen, *Trębácz*; Vas vadis, *Rękoymia*.

Præceptum II. De Fœmininis.

Fœmineum dices, quod ſœmina ſola repoſcit.
Iungito ſœmineis muliebri prædita forma,
Quæque adiectiuum tantùm muliebre requirunt.

SCHOLION.

Nomina fœminarum propria; vt Moyſis, Glicerium, Dido; & eorum quæ fœminarum ſpecie pinguntur; vt Pallas, Clio, Xantho, Parthenope, *Bogini*; Alecto, *Iedzá Latáwicá* & cætera nomina Dearum, Muſarum, Nympharum, fœminina ſunt. Itemq; appellatiua, quæ ſolis fœminis conueniunt: vt, Obſtetrix, *Bábá przy rodzeniu*. Nutrix, *Mámká*; quæque cum adiectiuis fœminis coniunguntur: vt, Operæ, *robotnicy*; cuſtodiæ, *tárás*, *ſtraż*, *więzienie*; vigiliæ, excubiæ, *ſtraż*.

Præceptum III. De Communibus.

Eſt commune duum, ſexum quod claudit vtrumq;
Articulo gemino: veluti bos, ciuis, & hoſtis.
Et comes, atq; cliens; dux, ſus, canis atq; ſacerdos.

SCHOLION.

Nomina tùm maribus, tùm fœminis conuenientia, ſunt generis Communis; vt Bos, *woł y krowá*; quæ his verſibus continentur. Quibus accedunt illa: Parens, *Rodźic*; coniunx, *mąż żoná*; cuſtos, *ſtróż*; præſes, *ſtároſtá*; obſes *záſtáwá człowiek záſtáwiony*; affinis, *powinowáty*; vates, *prorok*; poëta, *rymotworcá*; municeps, *mieſzczánin*, *wolny*; & alia. At incola, *obywátel*; agricola, *oracz*; augur *wieżdżbierz*; exul, *wywołány*; fur, *złodźiey*; hæres, *dźiedźic*; miles, *żołnierz*, iudex, *ſędźia*; adoleſcēs, *młodźieniec*; iuvenis,

venis *młokos*; infans, *niemowlątko*; patruelis, *stryieczny brát*; plerumque masculina sunt: interdum etiam fœminina. Catul: carm: nupt. *Cernitis innuptæ iuuenes.* Quint: lib. 6. *Infantem suam frigidissimè reportauit.* Pers. Sat. *Patruelis nulla, proneptis nulla manet patrui.* Hospes in fœminino genere vsitatius habet hospita, *gospodyni*; & antistes antistita, *Xieni*.

EXCEPTIO IV.

Excipiuntur ex hac regula, vulpes, *liszká*, aquila *orzeł*, & alia, de quibus dicemus, cum de promiscuis agetur.

Præceptum IV. de Nominibus generis omnis.

Est commune trium, generi quod conuenit omni.

SCHOLION.

Nomina, quæ maribus, fœminis, & neutris conueniunt, sunt generis omnis: vt felix, *szczęśliwy*; discolor *pstry*; hebes, *tępy*; Arpinas, *z Miástá Arpinu*; par *rowny*; nequam *nic dobrego*; decem, *dźiesięć*; & alia multa, quorum pleraque numero tantum singulari sunt generis omnis: nam in plurali, in neutro genere non vsurpantur: vt degener, *odrodek*; deses, *leń*, memor, *pámiętny*; ales, *lotny*, *skrzydláty*; præpes, *predki*; teres, *okrągły*; vber, *obfity*; sospes, *zdrowy*; bipes, *o dwu nogách*; diues, *bogáty*; pauper, *vbogi*; superstes, *iesscze żywy*; cicur, *chowány*, *vkrocony*; Verum alienigena, *cudzoźiemiec*; auctor, *wynalezcá*; comes, *towárzysz w drodze*; indigena, *źiemek*; testis, *świádek*; & alia nomina communia, figuratè cum neutris coniungi videntur.

Præceptum V. de Mensibus, montibus & fluuijs.

In maribus menses, montes, fluuiosq́, repone.

Nomina mensium propria; vt Quintilis, *Lipiec*; October,

Octaber, *Páździernik*, masculina sunt, nomina item montium; vt, *Ætna*, *Ossa*, *Oeta*, & fluviorum; vt, *Anio*, *Garumna*, *flumen Galliæ*, *Nar*, Excipiuntur quædam, de quibus postea dicetur.

Præceptum VI. de Regionibus, Vrbibus, navibus, & pòêmatibus.

Insula fœminea vrbs; regio cum nave pòêsis.

SCHOLION.

Nomina propria Insularum: vt, *Rhodus*, *Cyprus*, *Delos*, Regionum: vt, *Ægyptus*, *Epirus*. Vrbium: vt, *Saguntus*, *Tarraco*. Navium: vt *Argo*, *Centaurus*. Pòëmatum: vt, *Æneas*, *Aiax*, sunt generis fœminini. Excipiuntur nonnulla, de quibus suo loco dicemus.

Præceptum VII. de Arboribus.

Fœminea est arbor; neutrum cum subere robur.
Et siler, atq; acer: sed mas oleaster habetur.

SCHOLION.

Nomina arborum sunt generis fœminini; vt, Abies, *Iodłá*, Plantanus, *Iáwor*. Pinus, *Sosná Włoska*. Cupressus, *Cypris*. Ficus, *Figowe drzewo*. Malus, *Iábłoń*. Pyrus, *Gruszká*; & alia innumerabilia. Excipitur suber, *korek*, robur, *dąb*: itemq; acer, *klon*, siler, *rokitá*, quæ sunt neutra, & Oleaster, *Leśna oliwá*, quod est generis masculini. Item Pinaster, *Sosnia náfá*, & aliæ arbores eiusdem terminationis.

Præceptum VIII. de Plurali numero Declinationis, & notis literarum.

Plurale A, neutrum est, I, mas: vt Susa, Philippi.
Adde notas neutris, vocem & pronomine sumptam.

SCHOLION.

Nomina omnia, quæ in numero multitudinis duntaxat declinantur, si A, litera terminentur, neutra sunt: vt arma,

arma, *broń*, biblia *kśięgi*, sin autem I, masculina: vt, liberi, *dźieci*. Hac regula excipiuntur ex regulis superioribus. Ecbatana, Susa, Bactra, propria Vrbium: Bucolica, Georgica, Poëmatum propria quæ sunt neutrius generis: Philippi, Puteoli, Treuiri, propria vrbium, quæ sunt masculina.

Elementorum nomina; vt A,B,C, & partes orationis pro seipsis sumptæ, neutrius generis sunt; vt *Viuere ipsum turpe est.*

Præceptum IX. De generibus Nominum, quæ ex terminatione cognoscuntur.

A, finita.

Fœmineum A primæ est, veluti panthera, sagitta.
Adria mas, æquor, mammona cometa planeta.
Nomen in A, ternæ neutrum est; ceu stigma, toreuma.

SCHOLION.

A, finita nomina primæ declinationis, fœminina sunt Excipitur Adria, cùm significat mare Adriaticum, cometa, planeta, & mammona.

Nam Poeta, cum solis maribus tribuatur, ad primam illam regulam pertinet. Pascha & Manna, apud Hebræos masculina, apud Latinos neutra sunt. Manna tamen, cùm significat micas thuris, muliebre est. Pli: lib. 2.c.14. *Micas concussu elisas, mannam vocamus* Tertiæ autem declinationis nomina neutra sunt; vt, stigma, *piątno*, toreuma, *toczony kubek*, poema, *wierße, rymy*.

E, finita.

E, latiale petit neutrum: velut acre, monile.
Fœmineum est Aloë, Rodopeq́, & cætera Græca.

SCHOLION.

Nomina Latina E, litera terminata, neutra sunt; vt mare, *morze*, cubile, *łoże*, sedile, *zedel*, alueare, *pßczelnik*.

At Græca, vt Rodope, Physice, Grammatice, & alia generis eiusdem fœminina sunt. Excipio Cete, *wielorybi*, & Tempe, *mieyscá wesołe w Tessáliey*, quæ sunt neutra, nec mirum, sunt enim numeri multitudinis: Thessala, Tempe, Cete, Grandia. Mille substantiuum neutrum est, quod pluraliter declinatur, Millia millium, &c. Mille adiectiuum est omnis generis; neque declinatur.

I, O, & V.

I, neutris tribue: O, maribus: ceu pugio, gummi.
Fœmineum verbale in Io: caro, talio, quodq;
Desinit in Do, Go, neutris adscribito Pondo.
V, neutris iunge, vt tonitru, cornuq; geluq;.

SCHOLION.

Nomina quæ in I desinunt, neutra sunt: vt gummi, *żywicá*, synapi, *gorczycá*. Quæ autem desinunt in O, masculina sunt; vt, Tyro, *młody żołnierz*. Myoparo, *bárká, boiárek morskich zboycow*, vnio, *perłá*, stellio, *pstra iászczurká*. Verbalia in io, fœminina sunt: vt, oratio, lectio, itemque talio, *wet zá wet, odwetowánie*. Cætera nomina quæ excipiuntur, ferè congruunt cum lingua Polonica: vt dulcedo, *słodkość*, propago. *pokolenie*, testudo, *żołw, sklep, lutnia*. & alia generis fœminini. Atharpago, *hak*, vdo, *szkárpetká*, cardo, *záwiásá*, ligo, *motyká*, ordo, *rząd*, cudo, *czapká pod przyłbicą*. & alia generis masculini regula continentur. Pondo tamen, *funt*, quod libram significat neutrum est. Quæ in V, desinunt, neutra sunt. Tonitru, *grom*; quod & hoc tonitrum, i, & hic tonitrus, us, veru, *rożen*, gelu, *mroz*.

L, & T.

L, T, sit neutrum: hic mugil, sal, solq; repóscunt.

SCHOLION

Nomina L, aut T, finita, neutra sunt; vt, Tribunal, *trybunał*

trybunał, caput, *głowá*, sinciput, *przodek głowy*, Excipi-tur mugil, *dorſ*, sal, *ſol*, & sol, *ſłonce*, quæ masculini generis sunt.

VM.

Vm, neutris iunges, hominum ſi propria demas.

SCHOLION

Nomina in um desinentia, neutra sunt: vt, pinetum, *bor*, tropheum, *zwycięſtwá znak*. folium, *liſt*, Hac regula ex regulis superioribus excipiuntur, mancipium, *niewolnik*, iumentum, *bydle*, & alia nomina maribus & fœminis communia. Dirachium, Bizantium, *Cárogrod*. Saguntum, & alia complura nomina vrbium propria: Rhenum, Metaurum. Propria fluminum: Buxum, nomen arboris, quæ omnia neutra sunt. Excipiuntur nomina propria virorum; vt Dinacium, Pægnium, quæ sunt generis masculini: & propria fœminarum; vt Phanium, Eustochium, Glicerium, quæ sunt fœminina.

AN, IN. ON,

An. In, On, hæc cum ſindone poſcis Aëdon.
Queis adde Alcionem. Neutris da cuncta ſecundæ.

SCHOLION.

Nomina quorum postremæ literæ sunt An, In, On, masculina sunt, vt Pæan, *Pieśń*, Delphin, *świniá morſka*, agon certamen, *ſzránki*, Excipitur Sindon, *prześcierádło* Aedon, *ſłowik*, Alcion, *zimorodek*, fœminina. Nomina tamen secundæ declinationis neutra censentur: vt Ilion, Pelion, Barbiton. quia Latina fiunt cùm, desinunt in Vm, Illium, Pelium, *gorá*, quo circa eximuntur ex regula montium.

EN.

En dabitur neutris. Attagen cum pectine mas eſt.

SCHOLION.

Nomina, quæ in En claudunt, neutra sunt, vt carmen, *wierſz*,

mierʃz, lumen: *świátło*, germen, *rodzay wynikánie*, vimen, *witká*; Excipiuntur Atagen, *iárząbek*, auis nomen, & pecten, *grzebień plotká flándrá rybá*, quæ masculina sunt: item ren, *nerka*, splen, *śledzioná*, lien idem significat.

Ar finita.

Postulat Ar neutrum, ceu par cum nectare calcar.

SCHOLION.

Ar literis finita, neutra sunt; vt calcar, *ostrogá*, iubar, *gláne od ʃłowá*. puluinar, *poduʃzká*, par, *pará cetno*, nectar, *napoy, niebieʃki*, far, *iárzyná*, At par, *rowny*, adiectiuum nomen est Commune trium. Item composita, Compar Dispar, &c.

Er finita.

Er maribus dono, ciber hoc, cum vere cadauer.
Vber, iter, verber, tuber, piper, atq; papauer.

SCHOLION.

Nomina quæ in Er desinunt, masculina sunt; vt carcer, *więźienie*, imber *deʃzcz*. agger. *grobla*; vesper, *wieczor*, cucumer, *ogorek*, linter. *czołn*, later, *cegłá*, asser, *deʃzká*. Excipiuntur cicer, *ćići włoʃki groch*, ver, *wioʃná*, cadauer, *trup*, vber, *cyc*, verber, *rozgá bicz*, tuber, *bedłkáguz*, piper *pieprz*, & papauer, *mák*, quæ sunt generis neutrius: lauer, *berłá ziele*, interdum fœmininum est. Plin: lib: 26. cap: 8. *Lauer quoq; naſcens in riuis, condita, & cocta, torminibus medetur.* Tuber arbor fœmineum est; tuber pomum eiusdem arboris masculinum. *Vide Comment:* cucumer iam pro cucumis inusitatum est.

Or finita

Or maribus seruit, Muliebris demitur arbor.
Accedunt neutris cor, ador, cumq; æquore marmor.

SCHOLION.

Nomina Or finita, masculina sunt: vt honor, *cześć*.

decor, *pięknośc:* labor, *praca*, mœror, *smutek*, Excipitur cor, *serce*, ador, *zboże ábo rez*, marmor, *mármur*, & æquor, *morze*, quæ neutra sunt; & arbor fœmininum, *drzewo*.

Vr finita.

Exigit Vr neutrum: hic furfur, cum vulture turtur.

SCHOLION.

Nomina Vr, desinentia, vt fulgur, *błyskáwicá*, murmur, *szemránie*, sulfur, *Siárká*, guttur, *gárdło*, sunt, neutrius generis. Tria tamen masculina sunt, furfur, *otręby*, vultur; *sep*, & turtur. *sinogarlica*, quæ eximuntur ex regula auium,, vt alia multa, de quibus infra in Epicœnis.

As finita.

Fœmineum As, Neutrum Vas vasis, fasq; nefasq;.
Mascula sunt elephas, adamas, as, atq; tiaras;
Cumq; vade, ac reliquis, flectit quæ prima pelasgûm.

SCHOLION.

As finita, fœminina sunt: vt lampas, *lámpá*, tempestas, *niepogodá*, caritas, *drogość*, Tria neutra sunt; vas, vasis, *státek*, fas & nefas, *co się godzi*. Alia masculina sunt, vt, Elephas, antis, *słoń*, vsurpatur eleganter etiam Elephantus. Adamas, *Diament*: As, asis, *Groß sunt*, Vas; vadis, *rękoymia*, Festus iustum vadem dicebant veteres, pro idoneo. Omnia item nomina Græca primæ declinationis sunt masculina: vt tiaras, *xięża czapka*, apud Vir. lib: 7. Æneid *sacerq; tiaras*, quanquam vsitatius videtur tiara, æ, fœmininum, *Biret*, Iuuen: Sat: 6. *& frigia vestitur bucca tiara.*

Es finita.

Fœmineum est Es, ceu compes; sed mascula limes.
Fomesq; & trames, gurges, cum cespite, vepres.
Poplesq; & fumes, stipesq; & pleraq; Græca.

SCHOLION.

Es terminata fœminina sunt; vt compes, *peto*. moles, *rzecz wielka, trudność*, proles, *potomstwo*, vulpes, *liszka*, rupes, *skała*, sedes, *stołek*, seges, *zboże*.

2. Excipitur limes, *granica*, fomes, *podnietá, zagiew*- trames, *ścieszka*, gurges, *wir*, poples, *czászka v kolána*. cespes, *darń*, vepres, *ciernie*, stipes, *pniak*, meridies, *południe*, paries, *ściána*, pes, *nogá*, quæ omnia sunt masculina. Itemq; plurima nomina Græca in Es, primæ aut tertiæ declinationis; vt Sophistes, *oszust, wykrętácz*, psaltes *śpiewak*, lebes, *gárniec kociel miedziány*, tapes, *kobierzec* magnes, *kámień*.

Is finita.

Is, dato fœmineis, maribus da postis, æqualis,
Anguisq; & vectis, calisq;, & puluis & ensis.
Glis. lapis, & follis, cucumisq; & collis, & vnguis,
Et sanguis :poscis, cum fascis, & axis, & amnis.
Et vermis, torris, fustis, cum vomere mensis.
Nis quoq; finitum, vt funis compostaq; ab esse.

SCHOLION.

Nomina Is, finita, fœminina sunt, vt cassis. *szyszak ábo przyłbicá*, clauis, *klucz*, basis, *zasádá pokład*, cratis, *kratká* restis, *powroz*, Excipiuntur postis, *podwoy*, aqualis, *nalewká ábo száflik*, anguis, *wąż*, vectis, *drąg, rygiel*, callis, *drogá vtorowáná*, ensis, *miecz*, glis, *dziki szczurek, ktory śpi zimie*, lapis, *kámień*, follis, *miechy kowálskie*, cucumis, *ogorek*, colis, *págorek*, vnguis, *páznogieć*, axis, *oś*, amnis, *rzeká*.

2 Itemq; illa, quæ genere cum patrio sermone consentiunt: orbis, *okrąg*, *koło*, fustis, *laská*, torris, *głownia*, & alia quæ desinunt in nis : cinis, *popioł*, panis, *chleb*, funis, *powroz*, finis, *koniec*, vomis, eris, *lemiesz*, fascis, is, *snopek rownianká*.

3. Composita quoq; ab esse, masculina sunt: vt decussis, *dźieśięć*, vicessis, *dwádźieściá*, tricessis, *trzydźieści groszy*, centussis, *trzy złotę*.

Os, finita.

Mascula in Os sunto. Dos, cos, muliebris & arbos,
Da chaos, atq; melos, os, Argos, eposq;.

S C H O L I O N.

Os finita masculina sunt; vt ros, *rosá*, flos, *kwiát*, Excipiuntur dos, *posag*, *wiáno*, cos, *osłá*, arbos, *drzewo*, quæ sunt fœminina: melos *muzyká*, os oris, *vstá*, & os, ossis, *kość*, chaos, *zámieszánie*, & Argos, vrbs Græciæ. Epos, *Rymy*, Poëma heroicorum, quæ sunt neutra.

Vs, finita
Secundæ & quartæ declinationis.

Nomen in vs mas est, seu quartæ, siue secundæ.
Porticus hæc, & vanus acusq; & carbasus, aluus.
Et colus, & ficus pomum, mas morbus habetur,
Nomen in Os Græcum, quod in Vs vertere Latini,
Masculeis partim datur, vt paradysus, & Isthmus.
Partim fœmineis, veluti diphtongus, eremus:
In neutris numera virus, pelagusq; profundum.

S C H O L I O N.

Nomina desinentia in Vs, si secundæ aut quartæ sint declinationis, sunt masculina; vt triumphus, *tryumph*. gladius, *miecz*, visus, aspectus, *poyrzenie*. specus, *iámá*, vultus, *twarz*, dumus, *ćiernisko*, pampinus, *list winny*, intybus, *podrożnik*. *mlecz*, dicitur & intubum neutrius generis.

2. Excipiuntur, porticus, *przyśionek*, vanus, *opałká*, aluus, *żołądek*, colus, *kądźiel*, carbasus, *płotno ćienkie* & ficus, us, seu ficus fici, cum fructum aut arborem significat, quæ sunt generis fœminini: ficus, fici, cum significat mor-

morbum, eſt generis maſculini.

3. Quæ à nominibus Græcis in Or facta ſunt Latina, partim ſunt maſculina; vt prologus, *przemowá*, paradyſus, *ray*, iſthmus, *ziemiá ciáſna iáko grobla miedzy dwoiákiem morzem*, ſmaragdus, *ſmárágd*, dialogus, *rozmowá*. ſtylus, *piſánie*, partim fœminina, vt ſynodus, *zbor*, diphtongus, *dwoygłoſne zięcie liter*, eremus, *puſtynia*, periodus, papyrus, pharus, cryſtallus, nardus, *ſpikánárd*, lecytus, *bániá*, abyſſus, *przepáść*, duo tamen nomina in Vs, ſunt neutra: virus, *iad*, & pelagus *morze*, hoc tamen etiam maſculinum putatur.

Vs, tertiæ declinationis.

Poſtulat Vs neutrum, quoties id tertia flectit,
Mas lepus & mus, pus Græcum compoſtaq; iunges.
Eſt muliebre palus; ſubſcus, pulcherrima virtus,
Atq; ſalus, pecudiſq; pecus, quibus additur incus.
Quæq; ſibi ſeruus, iuueniſq; ſenexq; iugarunt.
Sit tibi fæmineum Lagopus, herba volucris.

SCHOLION.

Vs finita tertiæ declinationis, neutra ſunt: vt pecus, pecoris, *bydło, owce*, nemus, *gay*, vulnus, *rána*, vlcus, *wrzod*, funus, *pogrzeb*.

2. Excipiuntur lepus, *záiąc*, mus, *myſz*; tripus, tripodis *trzynog, ſpągá*, maſculina & pecus, pecudis, *bydlę*, ſubſcus, *ſponá, liſtwá*, incus, dis, *nákowálnia*. item ſalus, *zdrowie*, virtus, *cnotá*, ſeruitus, *niewola*, iuuentus, *młodość*, ſenectus, *ſtárość*, fœminina, & alia quæ cum patrio genere ſermone conſentiunt, & vulgo nota ſunt: Lagopus nomen herbæ, *Benedyktá ziele*, cùm autem ſignificat, fœmininum eſt, *prawdá*, quamuis ex *pons*, componatur. Mart: lib: 7. *Si meus Aurita gaudet Lagopode Flaccus*. Plin. lib: 26. cap. 8. de Lagopode herba: *Lagopus ſiſtit aluum è vino potata. Benedyktá záſtánawia biegunkę.*

Aes,

Aes, Vs, Bs, Ms, Ns, Ps, Rs.

Æs tibi ſit neutrum, laus, fraus, muliebria ſunto.
S, dato fœmineis, ſi conſona ponitur ante.
Eſto virile rudens, ſons, pons, quadransq́; chalybsq́;
Et polyſyllaba ps. forceps dematur adunca.

SCHOLION.

Æs, eris, *miedź*, eſt neutrum, terminata bs, ms, ps, rs, fœminina ſunt; vt trabs, *bálká*, hyems, *źimá*, frons, frontis, *czoło*, frons frondis, *gáłąź*, cors, cortis, *ſad; ná kury*.

2. Excipiuntur, rudens, *liná okrętna*, fons, *zrzodło*, pons, *moſt*, dens, *ząb*, chalybs, *bułat*, *ſtal*, triens *ſeląg*, quadrans, *czwarta część funtá*, quæ ſunt maſculina. Polyſsyllaba ps, finita, vt hydrops, *puchliná*, adeps, *ſmalec*, ſunt maſculina, forceps, *kleſzcze*, duntaxat excipitur, quod fœmininum eſt.

X.

X, dato fœmineis grex, fornix, maſcula ſunto.
Et ſpadix, bombyx, varix, phœnixq́; calixq́;.
Ax, Ex, finitum polyſſabon eſto virile.
Hinc fornax, vibex, alex, demeſq́; ſupellex.

SCHOLION.

X terminata, ſunt fœminina: vt, pax, *pokoy*, fex, *drożdże*, ſandix, coloris rubri genus, *ſnidło źiele y fárbá*, perdix, *kuropátwá*, celox, *czołn*, coxendix, *vdźiec*.

2. Excipiuntur grex, *trzodá*, fornix, *ſklep*, varix, *żyłá nápuchła*, bombix, *robaczek co czyni iedwab*, Phœnix, *ptak iedyny*, calix, *kielich*, quincunx, *pięć łotow*, ſeptunx, *siedm łotow*, deunx, *iedenaśćie*, quæ ſunt maſculina.

1. Poliſyllaba nomina, id eſt, duarum aut plurium ſyllabarum in Ax, aut Ex, deſinentia, maſculina ſunt: vt thorax, *kábat*, limax, *ślimak*, ſilex, *krzemień*, (quod nomen interdum eſt fœmininum, de quo infra) frutex,

drzewko, płonká, iatex, *wßeláka wilgotność*, vertex, *wierzch głowy*, polex, *pálec wielki*, murex, *żołw morski krew ßárłatna maiący*.

2. Excipiuntur quoque forfex, *nożyczki*, vibex, *degá*, carex, *rzeczká*, supellex, *sprzet domowy*, fornax, *piec*, Alex, ecis, *śledź*.

Præceptum X. De adiectiuis nominibus quæ fiunt substantiua.

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis.
Vnde genus capit, vt sonipes, oriensq; tonansq;.
Mobile fit neutrum, ni fixum mente sub audis.

SCHOLION.

Quoties substantiuis omissis, adiectiua ponuntur; ex adiectiuis fiunt substantiua, atque ab his genus accipiunt vt sonipes, *koń tetnionog*, masculini generis fit, quia equus intelligitur: ita Oriens, *wschod*, Occidens, *zachod*, quia intelligitur sol. Natalis, *dźień narodzenia*, mollaris, *kamień młyński*, torrens, *strumień. potok*. At profluens, *rzeczká ćiekąca*, continens, *źiemiá*, *rowniná*, fœminini generis sunt, quia ibi aqua, hic terra intelligitur.

2. Adiectiua porro neutra fiunt, si substantiuum non intelligatur: vt consequens, *nástępne*, conueniens, *przystoyne*, decorum, *ozdobne*.

Præceptum XI. De vi terminationis.

Respicimus fines, non significata frequenter.
Hinc Præneste Reate petunt hoc, Tibur & Hispal.
Et cete: hic Sulmo, Narboq;, hæc Allia flumen.

SCHOLION.

Sæpè scriptores non tàm significationem verborum, quàm terminationem spectant, quare Præneste, Reate, Tibur, Cete, Nepte, Hispal: hæc; inquam, vrbium nomina neutra sunt; neque enim spectatu significatio (essent enim fœminina item, vt nomina cæterarum vrbium)

um) sed terminatio : quare ex regulis terminationis neutra sunt, quia E, R, I, neutra sunt.

2. Sulmo quoque, Narbo, Martius, Masculina sunt: quia O, terminata tertiæ declinationis, masculina sunt. Alia deniq; fluuij nomen fœmini generis est, quod A, finita fœminina sunt : Albula *tyber*, ob eandem causam sæpè est generis fœminini.

Præceptum XII. De nominum generibus immutatis.

Respicis interdum nomen generale poëta,
Vnde sibi meritò genus inferiora capessunt,
Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Iader.

SCHOLION.

Bubo, *pußczyk puhacz sowá*, apud poëtas interdum fœminini generis est, quæ est auis : auis autem est generis fœminini: eodem modo Iader neutrum interdum est quia flumen est neutrius generis.

Præceptum XIII. Nomina variorum generum.

Hæc modo fœmineis, maribus modo iuncta videbis.
Limax, atq; silex, tradux cum torque Phasellus.
Scrobs, serpens, anguis cum corbe, diesq; rubusq;
Postulat hic, aut hic pelagus, Nar, vulgus & anxur.

SCHOLION.

Quædam nomina sunt modo masculiua, modo fœminina; limax, *ślimak*, tradux, *przewodnik*, torques, *łáncuch*, Phasellus, *ßkutá bárká*, scorbs, *grubá*, corbs, *koß*, dies, *dźien*, cùm tempus significat, fœminini generis: alioquin ferè masculini rubus, *ieżyná*.

2 At Nar, *rzeká iedná*, vulgus, *poßpolstwo*, pelagus, *głębokość morska*, & Anxur, *miásto w Tárácynie.* modo masculini generis sunt, modo neutrius : quanquam, vulgus & pe-

&pelagus raró (idque fere apud Poëtas) ſunt generis maſculini.

Præceptum XIV. Nomina ferè maſculina, raro fœminina

Maſcula ſunt funis finis cumq́, obice varix;
Et ſpecus & cortex, imbrex, margo, atq́ palumbes,
Et pumex, puluis: ſunt & muliebria vati.

SCHOLION.

Obex, obicis, *zawádá*, imbrex, *rynná dáchowká*, palumbes, *grzywacze*, ſpecus, *iámá iáſkinia*, interdum etiam neutrum eſt pumex, *purcháty kámień*, margo, inis, *brzeg*,

Præceptum XV. Nomina fœminina, raro maſculina.

Eſt muliebris onix, volucris, ſtirps, talpa, cupido,
Dama, penus, lynter, grus, & clunis, & ales,

SCHOLION.

Onyx, gemmæ genus, *žábi kámień álábáſter*, ſtirps, cum de plantis dicitur, *pņonká*, cupido pro cupiditate, (nam pro Deo ſemper eſt maſculinum) penus, i, ſecundæ declinationis, & penus, us, quartæ, *ſpiżárniá*, grus, *żoraw*, linx, *oſtrowidz*, clunis, *zádek*, ales, *ptaſek*, penus, ors, tertiæ neutrum eſt. Animans quoq, tùm fœminini, tùm neutrius generis, raro maſculini.

Præceptum XVI. de genere Epicæno

Articulo ſexum quæ complectuntur vtrumq́,
Vno Epicœna vocant Graÿ, promiſcua noſtri.
Hic lepus, vulpes ſeu mas, ſeu fœmina poſcunt.

SCHOLION.

Promiſcua ſiue Epicena ſunt nomina animalium quæ vno articulo, & vna terminatione, marem ac fœminam ſignificant: vt hic lepus, *zaiąc*, elephas, *ſłoń*, piſcis, *rybá*, mus, *myſ*, coruus, *kruk*, paſſer, *Wrobl*, anſer, *geś*, pauo,

Paw, turdus, *kwiczot* : & alia quæ maſculino genere tùm marem, tùm fœminam ſignificant vulpes autem, *liſka*; aquila, *orzel*, teſtudo; *zotw*, tigris, *zwierzę wielmi prędkie*, anas, *káczká*, hirundo, *iáſkotka*, perdix, *kuropátwá*, & alia multa, genere fœminino etiam marem ſignificant Quod ſi quando diſtinguendi ſint mares à fœminis licebit appoſitum adhibere : vt Collumela lib: 8. cap: 11. pauonem maſculum, & pauonem fœminam dicit, & Plin: lib: 10. cap, 7. anates maſculas Plautus in Sticho Elephantem grauidam dixit, Plin: lib: 10. cap. 65. Mures prægnantes repertas. ibidem cùm dixiſſet: Supra cuncta eſt murium fœtus? ex vna (genere fœmino) genitos centum viginti dicere non dubitauit : qnanquam eodem lib cap: 19. aliter locutus eſt : Corui pariunt cum plurimum quinos, ore eos parere vulgus arbitratur (eos) dixit de coruis fœminis

ADMONITIO.

Si quis plura de generibus nominum cupit, conſulat Commentarios. Hæc tyronibus ſatis multa videri poſſunt.

LIBRI PRIMI

PARS POSTERIOR.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

P. S. O. I. C.

CAPVT XI

NOMINA compoſita, ferè inſtar ſimplicium declinantur . vt, *Vir viri. Triumuir, triumuiri. Prudens, prudentis: Imprudens imprudentis.* At quædam id nonſeruant : vt, *Exſanguis, exſanguis non exſanguini*; vt *ſanguis.*

Vulpes,

Vulpes, is, vulpis, non vulpedis. Capricornus, i, Centimanus,

2. In compositis rectus tantum casus declinatur: vt *Tribunusplebis, Tribuniplebis, Tribunoplebis, Tribunumplebibis, &c.* Huc spectant, *Senatusconsultum, iurisperitus, Paterfamilias, atq; eiusdem generis.*

3. Si nomen ex duobus rectis copuletur, vtærq; declinabitur: vt, *Respublica iusiurandum, Reipublicæ, Rempublicam, iusiurandi, iusiurando, &c.*

4. Excipitur alteruter, cuius posterior tantùm pars declinatur? excepto genitiuo singulari, vtroque modo declinatur, alterutrius & alterutrius: quanquam alterutrius videtur vsitatius.

5. Nomina neutra tres casus habent similes, nominandi, acusandi, & vocandi, qui numero multitudinis A, litera terminantur, præter ambo & duo.

6. Vocatiuus singularis, quartæ & quintæ, similis est nominatiuo, Sensus, ò sensus: Dies, ô dies.

7. Nominatiuus & vocatiuus multitudinis, similes sunt: musæ? ô musæ virtutes, ô virtutes.

8. Datiuus & ablatiuus numeri pluralis, similes sunt: musis, à mu sis, virtutibus, à virtutibus.

PRJMA DECLJNATIO

PRimæ declinationis nomina in A, As, Es, exeunt

2. Quæ A, litera terminantur, túm Græca, tùm Latina sunt; vt, *Maia, Ægina, victoria, familia.*

3. Quæ in As, & Es. syllabas exeunt, Græca tantùm sunt, vt *Æneas, Anhises*, & declinantur hoc modo.

4 Nominatiuo *Æneas*, Genitiuo *Æneæ*; Datiuo *Æneæ* Accusatiuo *Æneam* vel *Ænean*, Vocatiuo ô *Ænea*, Ablatiuo ab *Ænea.*

5. Nominatiuo *Anchises.* Genitiuo *Anchisæ*, Datiuo *Anchisæ*, Accusatiuo *Anchisen*, Vocatiuo ô *Anchises*, Ablatiuo ab *Anchisæ.*

6. Nume

6. Numero multitudinis omninò cum Latinis nominibus primi ordinis consentiunt.

APPENDIX.

Priscis temporibus genitiuus singularis Latinis etiam in As syllabam terminabatur; ergo etiam nunc dicitur Pater familias, filius familias.

2. *Aulai, pictai, & his similes interrogandi casus, interdum apud Poetas leguntur pro aulæ, pictæ.*

Virg: lib: 9. *Diues equum; diues pictai vestis & auri.*

3. *A Maia, Ægina, & alijs huiusmodi Græcis nominibus fœmininis, accusatiuus per AN, syllabam aliquando apud Poetas exit : vt Maian, Æginan.*

7. Vocatiuus similis est nominatiuo: ô *Musa*, ô *Maia*.

8. Græca S, literam deponunt: ô *Ænea*, ô *Anchise*, ô *Borea*

9. Datiuus multitudinis, Is syllabâ finitur, præter *duabus*, *ambabus*, *Deabus*, & nonnulla alia eiusdem exitus, quæ etiam à viris doctis, sexus discernendi gratia vsurpantur: vt, *filiabus*, *libertabus*, *animabus*, *conseruabus*, *equabus*.

Nomina E, litera finita secundæ declinationis Græcorum, sic declinantur.

NOminatiuo *Musice*, Genitiuo *Musices*, Datiuo *Musice*, Accusatiuo *Musicen*, Vocatiuo ô *Musice*, Ablatiuo à *Musice*. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur.

2. Ad hunc modum declinantur *Mastice*, *Grammatice*, *Rhethorice*, *Dialectice*, *Lybie*: quorum si vltima vocalis, in á, literam mutetur, Latinè declinantur: vt *Grammatica*, *grammaticæ*, *&c.*

SECVNDA DECLINATIO.

LAtina nomina secundæ declinationis in syllabas ER, IR, VR; VS, VM; exeunt; *Faber*, *vir*, *satur*, *populus*, *præmium*.

2. Græca

2. Græca in Os, ON, EVS; vt *Delos, Androgeos, Pelion, Tydeus.*

Genitiuus ferè æqualis est nominatiuo syllabarum numero; vt *populus populi*; præter *Iber, iberi, Celtiber, celtiberi; Armiger, armigeri; Signifer, signiferi, Liber, liberi? Vir, viri; Treuir, treuiri, seu potius Triumuir, triumuiri; Satur, saturi, & nonnulla alia.*

APPENDIX.

Poëtæ aliquando alterum I, omittunt.

Vir: Eccl: 1. *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.*

2. *Androgeos, non solùm Androgei, sed etiam Androgeo, more Attico, habet in genitiuo. idem Æn. 6. In foribus lethum Androgeo.*

3 *Accusatiuus à Græcis in Os, literam mutat in* N, *vt, Arctos, Arcton; Abydos, abydon, Delos, delon; Menelaos, menelaon; Athos, athon;* vel *Atho*, more Attico.

EXCEPTIONES.

Vocatiuus similis est nominatiuo: ô Vir.

1. Nomina Vs, syllaba finita, mutant Vs, in E, populus, ô popule: Fluuius, ô fluuie: Tabellarius, ô tabellarie. Excipitur DEVS, quod similiter exit in Vocatiuo, ô DEVS.

2. Item filius, & nomina propria in Ius, quæ Vs deponunt: ô fili, ô Antoni, ô Pompei.

APPENDIX.

1. *Græca quæ in Eus,* ous, *hoc est vs, diphtongum exeunt, deponunt s vocatiui: vt, Tydeus, ô Tydeu: Panthus, ô panthu.*

2. *Græca Eus, syllaba finita, in Genitiuo habent etiam Eos, & in Accusatiuo Ea, maximè apud Poëtas; sed tunc ad tertiam declinationem spectant: vt Tydeus, Tydea: Tereos, Terea.*

3. *Vocatiuus Græcorum nominum, quæ os, in us, mutant,*

etiam

etiam in E literam exit; vt, Timotheus, Pamphilus; Timothee, Pamphile: Antheus, Tymbreus, Ptolomeus: Anthæe, Tymbræe, Ptolomæe.

4. *Latini interdum,* vel *euphoniæ causa,* vel *Atticos imitantes, Vocatiuum faciunt similem* Nominatiuo, *ô Populus, ô Fluuius, ô Meus.*

Liuius 1. ab Vrb. *Audi tu populus Albanus.*

Virg: Æneid. 6. *Proijce tela manu sanguis meus.* Id: Æneid: 6.

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. Adsis ô tandem.

Nominatiuus multitudinis, i, litera terminatur; vt *captiui, liberi:* priscis temporibus, ei, diphtongo terminabatur; vt *captiuei.*

Datiuus pluralis, Is syllaba finitur: vt *captiuis, deis,* vel *dijs.*

SCHOLION.

Dij & dijs dicitur potiùs numero multitudinis, quàm Dei, & Deis.

Di & Dis, pro dij & dijs, vtuntur Pöétæ frequenter.

TERTIA DECLINATIO.

ET si tertiæ declinationis quàm plurimæ sunt positiones, Genitiuus tamen in Is, syllabam exit; quum nominatiuo modo est æqualis numero syllabarum: vt *Nauis, nauis:* modo vna syllaba longior; vt, *Turbo, turbinis, vnedo, vnedonis:* modo duabus, vt *iter, itineris: biceps, bicipitis, supellex, supellectilis.*

A, finita.

Nomina tertiæ declinationis, A finita, genitiuum in atis habent, vt *Dogma, atis: pöéma, atis.*

E, finita.

Neutra in E, mutant ipsum E, nominatiui in In, vt,

Omne, omnis: cubile, cubilis.

Y finita.

In Ypsilon finita, (quæ omnia Latini à Græcis mutuantur) genitiuum in yos Græcum retinent: Moli, yos.

O finita.

Macedo, Macedonis, Anio, Anienis, Nerio, Nerionis.

N finita.

Babilon, Babilonis, Palæmon, Palæmonis, Xenophon, Xenophontis.

R finita.

Lar, laris, hepar, heparis, acer, aceris, mulciber, mulciberis, iecur, iecoris *vel* iecinoris.

As finita.

Calchas, Calchantis, hic Pallas, Pallantis, hæc Pallas, Palladis.

Es finita.

Chremes, Chremetis, *vel* Chremis, Laches, Lachetis *vel* Lachis.

Is finita.

Simois, Simoëntis, Pyrois, Pyroëntis, Charybdis, Charybdis, Paris, Paridis.

Os finita.

Rhinoceros, Rhinocerotis, Tros, Trois, Minos, Minois, Heros, Herois.

Vs finita.

Melampus, Melampodis, Opus, Opuntis, Amathus, Amathuntis.

Ys finita.

Capys, Capyis, Cotys, Cotyis, Chlamys, chlamydis.

Ns finita.

Lens, lendis: Lens, lentis: Frons, frondis: Frons, frontis.

Ps,

Ps.

Auceps, aucupis: anceps, ancipitis: gryps, gryphis: ſtirps, ſtirpis.

Rs, finita.

Lars, lartis, *rex vegentium*, concors, concordis.

X, finita.

Aſtyanax, aſtyanactis; Arx, arcis; Merx, mercis; Veruex, veruecis; Lynx, lyncis.

Genitiuus Græcus in Os, & Vs.

GRæco Genitiuo, Os, ſyllaba ſinito, interdum vtuntur Latini: vt Metamorphoſis, Metamorphoſeos, Decapolis, Decapoleos. Tanis, Taneos, Tethis, Tethidos. Erimantis, Erimantidos. At Manto, Pliſto, Alecto, Calipſo, & cætera id genus Græca, fere vs faciunt genitiuo; vt Mantus, Calypſus.

Accuſatiuus.

Accuſatiuus in em: vt, *Sermonem.*

EXCEPTIONES.

1. Buris, cucumis, peluis, nauis, ſecuris, ſitis, tuſſis, vis in Im eunt. 2. Febris, Canabis, blauis, nauis, puppis, reſtis, turris in Em, interdum etiam in Im terminantur.

Accuſatiuus Græcus.

GRæcus Accuſatiuus in A, exit; vt, *Hectora, Calchanta aera, æthera.*

EXCEPTIONES.

1. Græca O, litera finita, habent accuſatiuum ſimilem nominatiuo; vt Manto, Calipſo, Alecto, Dido, Sapho, Echo.

2. Græca Is, ſyllaba finita, quæ apud latinos Genitiuum habent ſimilem Nominatiuo; hoc eſt, quorum genitiuus apud Græcos in Os exit nulla præcedente, conſonante, Accuſatiuo faciunt In Græcè, vel Im Latinè: vt

 Cha-

Charybdis, Charybdin, vel Charybdim.

3. Ys finita, frequentius in yn, quàm in ym exeunt: vt Tethys, Tethyn: Cotys, Cotyn: Halys, Halyn, & Halym.

4. Quæ verò Genitiuo crescunt, neque accentum habent in vltima, in In, vel Im, vel Em, exeunt: vt Paris Paridis, Parin vel Parim, vel Paridem: Iris, iridis, irin vel irim, vel iridem: vt Isis, Isidis, Isin, vel Isim, vel Isidem; quæ etiam in A, apud Græcos exeunt: vt, Parida, &c.

Vocatiuus.

VOcatiuus similis est nominatiuo; ô Sermo: hæc Pallas, ô Pallas: ô Socrates: ô Chremes, ô Achilles: ô Heros: ô Chlamis. Nam ô Socrate, ô Chreme, Achille, Vlysse, ad primam spectant.

Exceptiones.

Græca quæ in Is, Ys exeunt, neq; habent accentum in vltima, apud Græcos deponunt S, nominatiui: ô Mœri, Iri: Pari, Tethy. Et apud poëtas fœminina in Is, quorum genitiuus exit in Dis, quamuis accentùm habeant in vltima: ô Amarylli, Tyndari, Oebali.

2. Item propria in As, quorum genitiuus exit in antis, apud eosdem Poëtas deponunt S, ô Palla, ô Calcha.

3. Præterea quæ ante S, habent diphtongum, ferè S, literam abijciunt; Simois, Tydeus, Melampus: ô Simoi, Tydeu, Melampu.

4. Quæ nomina apud Atticos Vocatiuum habent similem nominatiuo; ô Paris, Calhas, Simois, Melampus, quos interdum imitantur Latini.

Ablatiuus.

ABlatiuus exit in E, *à Rege, teste, duce, hospite, paupere, pubere, sospite.*

Ex-

EXCEPTIONES.

1. Nomina quorum Accuſatiuus exit in In, vel Im; Neutra in Al, Ar, E, nomina menſium. Adiectiuum, cuius neutrum E litera terminatur, I poſtulant; vt Charybdi, ſiti, animali, calcari monili, Septembri, breui.

Quibus accedunt pluri, ſtrigili, canali, memori.

Far, nectar, hepar, E, contenta ſunt; item Gauſape, Soracte, Præneſte, Reate, & cætera locorum propria huius poſitionis: ſi tamen huc ſpectant; ſunt enim pleraque declinationis expertia.

2. I vel E admittunt cætera adiectiua, & ſubſtantiua; quorum Accuſatiuus in Em vel Im deſinit; ſed elegantius efferunt per I, fœlici, ingenti, naui.

Quibus addes amnis, ignis, imber, ſupellex, vectis.
At ſoſpes, & pauper, E, tantùm contenta ſunt.

APPENDIX.

1. *Appellatiua adiectiuis ſimilia, leges adiectiuorum fermè ſequuntur: vt familiaris, annalis, bipemis, triremis, affinis; à familiari, annali, &c. Tridens à tridente, vel tridenti.*

2. *Volucris tamen, & rudis, volucre rude faciunt.*

3. *Sin verò propria ſint, E tantùm poſtulant: vt Martialis, Iuuenalis; à martiale, iuuenale.*

4. *Pleraq; adiectiua, quæ in literas NS exeunt, ferè E contenta ſunt: vt prudens, imprudens: à prudente, imprudente.*

5. *Participia in E exeunt; vt abſente, præſente, aduenïente. Cicero in Verb: lib: 3.* Illa deos homineſq; implorante, iſte infanti pupilæ fortunas patrias ademit. *Plin: lib: 3. c. 1.* Bætica à flumine, eam mediam ſecante, cognominatur; cunctas prouincias diuiti cultu, & quodam fertili ac peculiaria nitore præcedit. *Interdum etiam I, ſed tunc ferè in nomina tranſeunt.*

6. *Triremis vero ſodalis, tridens, ædilis, bipennis, natalis; Patruelis frequentius in I exeunt, à triremi, &c.*

 7. Com-

7. *Comparatiua nomina multo vsitatiùs in E, literam, quàm I exeunt: vt superiore, faciliore, vberiore.*

Casus multitudinis.

NOminatiuus pluralis exit in Es, vt *Sermones, Delphines, Troes.*

Genitiuus pluralis.

GEnitiuus multitudinis, in Vm syllabam exit; vt, *Iuuenum, canum, vatum, maiorum, minorum:* eodem modo cætera comparatiua.

EXCEPTIONES.

1. In Ium exeunt, quæcunq; literis Ns finiuntur; vt, collis, collium: clades, cladium: & quorum ablatiuus in I, aut in E & I, exit: diœcesium, syrtium, animalium, plurium, nauium, fœlicium, vltricium, parium.

2. Quibus adde Samnitium, lintrium, cohortium, vtrium, ventrium, fornacium.

3. Adhæc monosyllaba, quæ in duas consonantes exeunt; vt, trabs, seps, pars, arx, merx: trabium, sepium, partium, arcium, &c.

4. Quibus accedunt As, assis, lis, glis, mus, nix, nox, os ossis, fauces, faucium, & si quæ alia sunt à viris doctis vsurpata.

5. Hinc rursus excipiuntur, parens, degener, inops, memor, supplex, vetus, vber, lynx: & alia quorum genitiuus exit in Vm: parentum, degenerum, inopum, &c. quæ progrediente tempore, rerum omnium magister vsus, te sine fastio docebit.

Genitiuus Græcus.

GEnitiuus Græcus in ων, hoc est On, per O magnum vt *Epigrammaton, hæreseon.*

Datiuus pluralis.

DAtiuus in Ibus exit; vt, *sermonibus,* bos tamen bobus, aut bubus facit.

2. Græ-

2. Græca à neutris in A in is ſyllabam frequentiùs exeunt; vt, *Peripetaſmatis, emblematis, pòèmatis & pòèmatibus, diplomatis & diplomatibus.*

Accuſatiuus pluralis.

ACcuſatiuus multitudinis, in Es ſyllabam exit, vt, *ſermones*; exit in Is, vel eis cùm genitiuus certorum nominum deſinit in ium; vt, *Omnis, vrbis*, vel *Omneis, vrbeis*: vter alteri ſit præferendus, iudicabunt aures.

Caſus plurales neutrorum.

CAſus plurales, nominandi, accuſandi, & vocandi, neutrius generis in A deſinunt, ſi Ablatiuus in E tantùm exit; vt *tempora:* ſin vero I, tantùm, aut E, vel I, terminatur, tunc in Ia deſinunt: vt *Vectigalia, ingentia.*

2. Præter comparatiua, & vetus, eris, quæ in A, exeunt Maiora, plura, vetera.

3. Apluſtre, apluſtria, & apluſtra facit.

Græcus Accuſatiuus.

ACcuſatiuus Græcus, in As deſinit: vt *Delphinas, Troas, crateras, Arcadas.* Verg: Eclog: 8.

Orpheus in ſyluis, inter Delphinas Arion.

QVARTA DECLINATIO.

GEnitiuus ſingularis quartæ declinationis, exit in Vs ſyllabam; vt *Senatus, anus.*

2. Priſci Senatuis, anuis dicebant: apud quos etiam I, litera hic caſus terminabatur; vt, *ornati, tumulti.* Quare Terent: more priſco: *eius anuis cauſa*, dixit, & *Nihil ornati: nihil tumulti.*

DAtiuus in Vi, exit; vt *Senatui, anui:* priſcis ſeculis etiam in V, exibat. Quare Virgilius Æneid: 1.

Parce metu Cytherea.

Datiuus multitudinis in Ibus exit; vt, *Senſibus.*

EXCEPTIO.

Arcus, artus, lacus, partus, ſpecus, tribus, in Vbus exeunt: arcubus, ſpecubus, tribubus. Portus in ibus & vbus. Queſtibus à queror multò vſitatius eſt, quàm queſtubus. Verubus à veru, meliùs legi videtur, quàm veribus.

QVINTA DECLINATIO.

CAſus interrogandi ſingularis, quintæ declinationis in Ei, literas diuiſas exit; vt *Diei.*

APPENDIX.

1. *Apud veteres in* Es, *ſiue* E, *exibat.* Vnde Verg: Geor. 1.

Libra dies, ſomniq; pares vbi fecerit horas.

& Ouid. Metam. 3.

Prima fide, vociſq; ratæ tentamina ſumpſit.

2. *Exit & in duplex ij.* Vergil. lib. 1. Æneid. *Munera lætitiamq; dij.*

Caſus interrogandi, dandi, ſextuſq; multitudinis, prædicere; non tamen negat poſſe Latinè dici.

Syncope.

OMnium fermè declinationum interrogandi caſus, multitudinis interdum, maximè à Poëtis imminuuntur; quam imminutionem, Græci, Syncopen vocant.

Primæ.

CÆlicolûm, Æneadûm, Auſonidûm, Troiugenûm, &c. *pro* Cælicolarum, Æneadarum, &c.

Secundæ.

LIberûm, nummûm, ſeſtertiûm, fabrûm, deûm, &c. *pro* liberorum nummorum.

Tertiæ.

CLadûm, cædûm, veprûm, cæleſtûm, agreſtûm, potentûm, furentûm, Macedûm; *pro* cladium, cædium,

um, veprium, cæleſtium, agreſtium, potentium, furentium, Macedonum: quæ, & alia eiuſdem generis, non facilè apud Oratores reperientur.

APPENDIX.

1. *Genitiuus imminutus à nominibus ſubſtantiuis, As ſyllaba finitis, vſitatior eſt, quàm plenus: vt,* ciuitatum, *quàm* Ciuitatium, Anatum, *quàm* Anatium.

2. *Quidam genitiui tum pleni, tum imminuti, ſunt vſitati etiam apud Oratores:* apium *&* apum: ſerpentium *&* ſerpentum: Quiritium *&* Quiritum: optimatium *&* optimatum: locupletium *&* locupletum.

Quartæ.

CVrrum, paſſum: *pro* currum, paſſuum.

ANOMALA SIVE INÆQVALIA.

ANomala, ſiue inæqualia vocantur, quæ aut numero aut genere, aut declinatione, aut caſu, aut aliquo, alio attributo carent.

Numero inæqualia.

QVædam ſingulari numero tantùm declinantur: vt, *Nemo, pontus, lutum*; & pleraque eorum, quæ metimur aut ponderamus: vt, *triticum, oleum, aurum, ferrum, cleopiſſa, dziegieć.*

2. Quædam plurali ſolùm, vt *Cani, Siwizná, canorum: Penates, Penatium: Caſtra, Calendæ.*

Genere inæqualia.

QVædam ſingulari numero ſunt maſculina, plurali neutra: vt, *Sibilus, ſibila, kszykánie; Balteus, Baltea, pás rycerſki.* Quædam ſingulari fœminina, plurali neutra, vt, *Carbaſus, carbaſa: płotno Hiſzpáńſkie.*

2. Quædam ſingulari neutra, plurali maſculina: vt, *Argos, Argi, Argorum.*

Declinatione inæqualia.

VAs, vasis, singulari numero est tertiæ declinationis, plurali secundæ: vt *Vasa, vasorum, vasis. Iugerum, iugeri: stáiánie, stáie,* contra numero singulari secundi est ordinis, plurali tertij. *Iugera, iugerum, iugeribus*: interdum & *iugeris* genitiuo singulari, & *iugere* ablatiuo legitur.

Casu inæqualia.

QVædam non declinantur in casus: vt frugi, *zbožny*, nihili, *nikczemny*, pondo, *sunt*, quod numerum pluralem tantùm habet, cùm libram significat: item Quatuor, quinque, &c. vsque ad centum, quæ aptota, siue monoptota appellantur.

APPENDIX.

1. *Quædam vocatiuo carent cuiusmodi sunt interrogatiua: vt* Quis, qualis. *Relatiua: vt,* Qui, quæ, quod. *Negatiua: vt,* Nemo, nullus. *Partitiua pleraque: vt,* Quidam, vllus, alius, *Pronomina etiam: præter* Tu, meus, noster, nostras, *fermè vocandi casu destituuntur.*

2. *Quædam nominandi, interrogandi & accusandi casum tantùm habent: vt,* tantundem, tantidem.

3. *QuædamNominatiuum & Vocatiuū: vt* Iupiter, expers.

4. *Quædam obliquos tantum: vt,* Iouis, Ioui, Iouem, Ioue.

5. *Quædam tres solùm obliquos: vt,* Opis, opem, *ab* ope.

6. *Quædam duos: vt,* repetundarum, *ab his* repetundis.

7. *Quædam vnum: vt,* inficias, sponte, natu.

DE PRÆTERITIS, *ET* SVPINIS.

CAPVT XII.

P. S. O. I. C.

Compositum, simplexq́ modo variantur eodem.

Quod

Quod præteriti geminetur syllaba prima
Simplicium, perdunt penitus composita priorem:
Vt cecidi, recidi, retinent præcurro, repungo.
Quæque sibi gignunt, sto, do, composcere, disco,
Præteritis quæcunque carent, spoliatio supinis.
Vt serio, vergo, medeor, reminiscor, & hisco.

SCHOLION.

SIMPLEX, & ipsius compositum (quod modo natum, modo pignus appellamus) coniugantur eodem modo: vt emo, *kupuie*, sic redimo, *odkupuie*, perimo, *zábijam*, vndo, *wylewam*, *opływam*, sic redundo, *obfituie*, secundo, *poszczęściam*, exundo, *zálewam*. Excipiuntur nonnullæ quæ suis locis explicabuntur. Quando præteritum simplicis geminat syllabam primam: vt cado, *vpadam*, cecidi composita secundum, tantum retinent; vt concido, *spadam*, concidi: comperio, *doznawam*, comperi; reperio, *znáyduie*, reperi; respondeo, *odpowiádam*, respondi; præterquam præcurro, *vbiegam*, & repugno, *znowu kolę odkalam*, & composita verborum, sto, *stoię*, do, *dáię*, bibo, *piję*, posco, *żądam*, disco, *vczę się*, quæ geminant, sicut primigenia: præcucurri, quod etiam præcurri habet, repupugi, astiti, addidi, ebibi, deposci, edidici. Vtendum est autem, ne nos fallant quædam, quæ composita à do, falso videntur, secundo, inundo, abundo, redundo, & alia composita ex vndo. Quotiescunque posito verbo aliquo in carmine non apponitur eius præteritum, aut supinum; scito referri ad regulam generalem proximè positam: vt neco, *morduie*, *zábijam*, necaui, necatum, doceo, *vczę*, docui: fingo, *lepię*, *zmyślam*, finxi, &c.

PRIMA CONIVGATIO.

Præteritis aui dat prima, atumq; supinis,

Vt neco

Vt neco: compositum necui, nectumq́; recipit.
Dat cubo præteritum per u, & i, per itumq́; supinum.
A cubo compositum, quod in vmbo est tertia flectit
Vtq́; cubo pulso M, cubui cubitumq́; reponit:
At Mico dat micui solùm aui dimicat atum:
Datq́; plico plicui plicitum, cum præpositura
Poscit u, i, per itum, vel in aui sumet & atum:
Supplico demetur genitumq́; ex nomine solum:
Multiplico veluti, quod in aui mittit & atum,
Dat fricui frictum, secui sectumq́; secare.
Vult dedit, atq́; datum, Do, das, & pignora primæ.

SCHOLION.

VErba Primæ coniugationis habent in præterito aui, in supino atum: vt neco necaui, necatum: cuius composita faciunt necui, nectum: vt eneco *zámordywam*, enecui enectum. Cubo *leżę*, cum compositis tùm primæ: vt recumbo *śiedzę leżę*, incumbo *nálegam*, habet cubui cubitum. Mico *lśnę się migam*, micas, cum compositis emico *wybłyskam*. intermico, *w poyśrzodku błyskam*, promico *dáleko błyskam*, micui habent sine supino: solum dimico, habet dimicaui, dimicatum. Composita à verbo plico, & præpositura, id est præpositione; vel sequuntur simplex, vel faciunt, aui, atum: vt Plico *marszczę fałduię składam*, implico *wtrącam zátrudniam*, implicui, implicitum, & implicaui, implicatum: sic explico *wykładam*, applico *przykładam* & alia Excipitur supplico *pokornie proszę*, & composita ex nomine, vt duplico *dwoię*, triplico *troię*, multiplico *rozmnażam*, quæ solùm habent aui, atum. Prico *drápię* cui, ctum, cum compositis, refrico, africo, perfrico, &c. *Iuuen.* Si prurit frictus ocelli angulus. *Plin. in Proem.* Perfricui faciem, nec tamen profeci. Participia tamen repe-

reperiuntur interdum in atus. *Cic: Attic: lib. 12.* Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. Do, *dáię*, das, cum compositis primæ, venundo, *przedáię*, circumdo, *okrązam*, satisdo, *ręczę*, pesundo, *depcę*, *podeptam*: dedi, datum: quæ verò pertinent ad tertiam didi, ditum, vt, reddo, *oddáię*, indo, *wkładam*, *wdáię*; condo, *chowam*, prodo, *wydáię*.

Dant ui, itumq́; crepoq́; sonoq́; domoq́; vetoq́;.
Cum tono: sed laui, lotum, lautum, atq́; lauatum.
Cuius compositum, ceu proluo tertia poscit.
A poto vel potatus, vel flectito potum.
Sic verbum steti, amat statum; stitit inde profectum
Exigit atque stitum, sed multò sæpius atum.
Nulla supina creat iuuo iuui: ast adiuuo poscit
Adiuui, adiutum: iuuo suscipit inde supinum.

SCHOLION.

CRepo, *skrzypię*, *pukam się*, sono, *brzmię*, tono, *grzmię*, domo, *vśmierzam*, veto, *zákázuię*, *chronię*, faciunt ui, itum, crepo, crepui, crepitum. Verbum lauo, *myię*, as, fuit etiam tertiæ: quare omnia eius composita ad eam pertinent, abluo, *vmywam*, proluo, *pomywam*, *polewam*, *&c.* Composita verbi sto, *stoię*, adsto, *stoię przykim*, consto, *státecznie stoię*, exsto, *iestem*, præsto, *przychodzę*, adstiti, constiti, exstiti, præstiti: supino vero frequentius atum, saltem participijs in Rus: vt Præstatum, & præstaturus; Constatum, & constaturus. Plin: lib. 12. cap. 5. *Constaturus minimo impendio fructus.* Iuuo, *pomagam*, *rátuię*, iuui, caret supino; sed adiuuo, *wspomagam*; habet adiutum.

SECVNDA CONIV GATIO.

Præteritum per ui, dat itumq́; supina reponit,

Ritè

Ritè secunda: velut moneo, monui, monitumq;.
Dat doceo doctum, à teneo deducito tentum.
Censeo amat censum: donabit misceo mistum.
Sorbeo cum socijs, tantùm sibi sorbuit optat
Neutrum, quod dat ui, timeoq; carento supinis.
Vt madeo, studeo, rubeo, vult torreo tostum.
Præbeo itum, valeo, placeo, careoq;, licetq;.
Pareoq;, & doleo, caleo, iaceoq;, nocetq;.
Di, sum prandeo habet, video, sedeo tamen effert
S gemino sessum, stridi dat strideo solùm.
Mordeo præteriti geminetur prima momordi
Morsum: flectuntur sic spondeo, pendeo tondet.

SCHOLION.

VErba secundæ coniugationis, faciunt præterito ui, supino itum: vt taceo, *milcze*, tacui, tacitũm: huius verbi composita conticeo, *zámilkam*, reticeo, *táie*, carent supino, at composita eius habent: vt exerceo, *ćwicze*, exercui, exercitum: coerceo, *powśćiagam*, &c. Prandeo, *obiáduie*, prandi pransum: video, *widze*, vidi, visum; sedeo, *śiedze*, sedi sessum: Mordeo, *kásam*, spondeo, *recze*, pendeo, *wiße*, tondeo, *strzyge*, geminant primam præteriti, momordi, spopondi, &c. Sorpsi, à sorbeo, *sarkam*, negant Grammatici dici posse; quod si sit à sorbeo tertiæ est Lucanus tamen vsurpauit absorpsi: neq; est imitandus. Supina verborum valeo, *zdrowem*, careo, *niemam*, pareo, *iestem posłußny*, doleo, *boie sie*, caleo, *ćiepło mi*, iaceo, *leże*, vix fortasse sunt in vsu. Inde tamen formata participia, valiturus, &c.

Præteritum finita veo, vi, tumq; supinum
Formant. vt moueo: à caueo deducito cautum.
A faueo fautum, sed ferbeo, ferbuit optat,
Flaueo nil, paueo, conniueo, liueo poscunt.
Si, sum dat maneo: verùm hinc orta eminet, atq;.

Promi-

Prominet, immineoq́; volunt minui, absq́; supino.
Hæreo cum suadet mulcetq́;, & mulget & ardet.
Tergeoq́;, & ridet si, sum, sic torqueo tortum.
Vult iussi, iussum, iubeo: ast indulgeo, si, tum.
Vrgeo, si tantùm: sic fulgeo, turget & alget,
Lugeo, xi solùm: cum Luceo, frigeo poscit.
Augeo præterito facit auxi, auctumq́; supino.

SCHOLION.

VErba veo terminata, faciunt præterito ui, supino itum: vt moueo, *rußam & ruchamsię*, moui, motum, ferueo, *wrę*, ferbui potiùs quàm ferui, flaueo, *płowieię*; cùm reliquis raro habet præteritum; idq; ferè apud priscos. Nam conniueo, *przez spáry pátrzę, przegladam*, ui, & connixi olim habuit. Expaui, ab expauesco est, *lękam się*. Maneo, *mießkam*, & eius composita: vt remaneo, permaneo, quæ non mutanda mansi, mansum, at quæ mutant A in I, vt emineo, promineo, *przechodzę*, eminui, prominui, &c. sine supino: hæreo, *wiaznę, przylegam*, hæsi, hæsum, suadeo, *rádzę*, suasi, suasum; mulgeo, *doię*, & mulceo, *głaßczę*, mulsi, mulsum; ardeo, *goram*, arsi, arsum: tergeo, *ocieram*, tersi, tersum; rideo, *smieię się*, risi, risum; torqueo, *kręcę*, torsi, tortum; iubeo, *roskázuię*, geminat S, vtrobique; indulgeo, *przepußczam*, indulsi, indultum; vrgeo, *przynaglam*, vrsi absque supino: & sex quæ sequuntur; fulgeo, *lśnę się*, fulsi; turgeo, *odymam się*, tursi; alget, *zimno mi*, alsi; luceo, *świecę*, & lugeo, *płáczę*, luxi; frigeo, *ziębnę*, frixi. Est etiam ferueo tertiæ, libet, *podoba się*, licet, *godzi się*, piget, *ociagam się*, pudet, *wstyd mie*, placet, *podoba się*, duplex præteritum habent; libuit & libitum est; licuit & licitum est; piguit, & pigitum est; puduit, & puditum est, placuit, & placitum est; at miseret, *żal mi*, misertum est. Tædet, *tęskno*, pertæsum est.

A cieo ciui, atq́ citum venit: at cio quartæ eſt.
Deleo & orta pleo, vt repleo, neo in eui & etum.
Aſt oleo per u, i, dat itum, & compoſta ſequentur.
Quæ redolent patrem: reliqua eui etumq́ requirunt.
Fert aboleuit itum, ſed vult adoleuit adultum:
Audeo vult auſus, gauiſus gaudeo poſcit;
Et ſolitus ſoleo, ſoluiq́ aliquando recepit.
Præteritis aueo, mœret, polletq́ carebunt.

SCHOLION.

Cieo, quod ſignificat moueo, habet in præterito ciui, in ſupino citum, penultima breui: ſic concieo, *poruſʒam*, *poduſʒczam*, conciui, concitum: excieo, *wzruſʒam*, percieo. Nam accio, *wołam*, excio, ſunt à cio quartæ coniugationis, quod ſignificat voco; deleo, *máʒę*, fleo, *płáczę*, neo, *przędę*, eui, etum. Oleo, *pachnę* & *cuchnę*, olui, olitum, eandem rationem ſequuntur compoſita, quæ redolent, id eſt, quæ retinent patris, vel ſimplicis ſignificationem: vt oboleo, *záwoniawam*, obolui, obolitum; ſic redoleo, *pachnę*, ſuboleo, *wonność iáką wydawam*. Cætera, quæ recedunt à ſignificatione ſimplicis oleo, vt exoleo, *wietrzeię*, obſoleo, *niſʒczeię*, vel potiùs exoleſco, eui, etum, *ginę ſtárośćią*, ſic inoleo, vel inoleſco, *zámagam ſię*, inoleui: cuius ſupinum vix inuenies apud bonum auctorem. Aboleo, *zniſʒczam*, aboleui, abolitum: Adoleo, *kádzę*, *roſtę*, adoleui, adultum.

TERTIA CONIVGATIO.

Compoſitum à ſpecio: à latio, exi, ectum: excipe verbum
Elicio, elicui, elicitum: ſapui, ſapijuè.
Dat ſapio ſolùm: à feci, deducito ſactum.
A ieci iactum: fodi, S, dat duplice foſſum.
Nil tribuis ſuro; ſed tupio, iui format & itum:
A capio, cepi, captum; fugi, fugitumq́.

A fugio,

A fugio: rapio, rapui, dein ducito raptum.
A pario peperi partum, ſed dic pariturum.
Comperio quartam ſocia cum prole ſequuntur.
Præteritum quatio neſcit, ſed pignora cuſſi,
Et cuſſum faciunt: meio minxi, indeq́ mictum.

SCHOLION.

SPecio, *gládzę*, & lacio, *ludzę*, verba ſunt obſoleta: eorum ſolùm compoſita ſunt in vſu; vt conſpicio, *ogladam*, aſpicio, *pogladam*, *&c.* allicio, *nęcę*, *wabię*, illicio, *wludzam*, *przyludzam*, *&c.* quæ habent in præterito exi, ſupino ectum; vt conſpexi, conſpectum; allexi, allectum. Sapio, ſapui, vel ſapiui, imminutum ſapij; vnde ſapiſti. *Mart: lib. 9.* Nubere vis priſco: non miror, paula, ſapiſti: ſapui tamen cæteris, præſertim in compoſitis videtur vſitatiùs, vnde reſipui, deſipui. Furo, *ßáleię, wśćiekam ſię*, caret præterito & ſupino. Cupio, *żądam*, cupiui, cupitum. Pario, *rodzę*, peperi, partum; habet in participio pariturus. Comperio, *znáyduię*, & reperio, *tráfiam*, & cætera compoſita à pario, ad quartam coniugationem pertinent. Quatio, *tlukę*, *trzęſę*, videtur aliquando habuiſſe quaſſi, quaſſum: vnde quaſſæ rates, & quaſſo quaſſas frequentatiuum compoſita ſunt, concutio, *zbijam*, decutio, *ſtrząſam*, excutio, *wytrząſam*, *&c.* quæ habent cuſſi, cuſſum.

Poſcit ui, vtum verbum uo, vt arguo, polluo: verum
A ruo dic ruitum, ſed utum compoſta repoſcunt.
Dat ſtruo, xi, ſtructum, ſed fluxit dat fluo fluxum.
Nulla ſupina luo, timeo, metuoq́, pluoq́.
Congrua nota nuo: vt renuo, ingruo, reſpuo poſcunt.
Bo finita dabunt bi, vt glubo; bitumq́ ſupino,
Quo ſcabo, lambo carent: dant ſcribo, nuboq́ pſi ptum,
Vt cubo, ſic genitum, quod in vmbo eſt, tertia flectit.

SCHOLION.

VErba in uo habent in præterito ui, in supino utum: vt Statuo, *stánowię*, statui, statutum. Ruo, *vpadam*, facit rui, rutum; composita rutum, vt obrutum. Nata à Nuo, *mrugam*, id est composita à verbo nuo inusitato: vt annuo, *przymrugiwam*, *przyzwalam*, innuo, *skiwam*, renuo, *odmawiam*, &c. Luo, *ćierpię*, batuo, *biję*, timeo, *lękam się*, metuo, *boię się*, pluo, *deßcz spuśczam*, *kápię*, & reliqua, supino carent. Desinentia in bo, habent bi, bitum: vt bibo, *piję*, bibi, bitum. Glubo, *łupię*, scabo, *drápię*, scabi: lambo, *liżę*, lambi sine supino; scribo, *piszę*, scripsi, scriptum; nubo, *idę zá mąż*, *zákrywam twarz*, nupsi, nuptum, vt facit cubo primæ; sic eius composita tertiæ, vt decumbo, *leżę*, decubui, decubitum.

A duxi ductum, à dico deducito dictum.
Vinco vici amat, & victum: dabit icit & ictum
Ico; pepercit habet parco, aut parsi, adijce parsum,
Sco finita petunt ui, tum ceu nosco, quiesco.
Agnitus agnosco, cognosco cognitus edit.
Pasco dabit pastum: conquexi haud suscipit vsus.
Disco petit didici tantùm, sic posco, poposci.
Compesco per ui, dispescoque: tolle supinum:
Nil ea, quæ vulgo verba inceptiua vocantur,
Producent, veluti mitesco, senesco, tepesco.
Iungitur his hisco cùm glisco, dehisco, fatisco.

SCHOLION.

DVco, *wiodę*, duxi, ductum: dico, *mowię*, dixi, dictum: vinco, *zwyćiężam*, vici, victum, &c. Finita Sco, faciunt ui, tum vt Consuesco, *zwyćiężam się*, consueui, consuetum: agnosco, *poznawam*, agnoui, agnitum: cognosco, cognoui, cognitum: pasco, *páśę*, paui, pastum: conquinisco, *zchylam się*, id est, caput inclino, *drzymię*; iam nihil habet. Nil ea, quæ &c. Verba inceptiua siue inchoatiua dicuntur, quæ formantur à secunda persona,

secun-

secundæ coniugationis: vt calesco, *zágrzewam ſie*, à caleo: cales, siue incalesco; refrigesco, *márzne znowu*, à frigeo, friges: quæ actionem quidem non incipientem, sed iam inchoatam significant, increscentem tamen; præterito carent, aut id mutuantur à suis primigenijs: vt incalui, refrixi. Quod si fiant à nominibus: vt mitesco, *ćiſzeie*, senesco, *ſtárzeie ſie*, siluesco, *leśnieie*, ingrauesco, *ćiężeie*, herbesco, *zielem zoſtawam*, prorsus videntur præterito destitui sicut & hisco, *ziewam*, *&c.* quanquam senesco, cum compositis, habet senui sine supino ab obsoleto seneo: ita tepesco, *letnieie*, intepesco, tepui, intepui, tanquam à tepeo, tepui.

A do præteritum ſumit di; ſumq; ſupinum:
Vt mando, mandis, Fundo cum ſcindere findo
N perdunt: geminant s, ſindo & ſcindo ſupino.
Fido tamen ſiſus, pandi vult pandere paſſum.
Tundo ſacit tutudi tunſum; compoſtaq; tuſum.
Datq; cado cecidi caſum; ſed cædo cecidi
Et cæſum tentum, vel tenſum tendo tetendi.
Pendo pependi amat penſum, dat pedo pepedi.
Solum Di, ſido tantum ſtridoq;, rudoq;.
Dant ſi ſum lædo, claudo, cum diuido ludo.
Ac rodo, trudo, nec non cum plaudere rado.
Vado nihil: vaſi vaſum compoſita repoſcunt.
S Gemino ceſſi ceſſum, cum pignore cedo.

SCHOLION.

DO syllaba terminata, præterito di, supino sum faciunt: vt cudo, *kuie*, cudi, cussum: scando, *ſtąpam*, mando, *żuie*, &c. Sed cauendum est, ne composita verbi, Do, nos fallant: vt prodo, *wydawam*, edo, *wydáie*, reddo, *oddawam*, subdo, *poddawam*, & cætera quæ habent didi, ditum. Fundo, *leie*, scindo, *rzeże*, *kráie*, Findo, *ſczepam*, amittunt N, vtroque, Vado, *ide*, non habet præteri-

 tum,

tum, composita habent vasi, vasum: vt euadeo, *pochodzę*, euasi, euasum: sic inuado, *nádchodzę*, tundo, *tłukę*, etiam habet tutudi, tusum apud Plin: sed composita tudi tusum: vt contundo, *zbijam*, contudi contusum. Sido, *sádowię się*, sidi apud Colum, in compositis edi, vt insedi, assedi.

Go vel guo, facit xi, ctum: tamen ista supinis
X tria deperdunt, stringo, cum fingere pingo.
Tango capit tetigit tactum: egi ago poscit & actum.
Pango, erit pepigi, aut panxi, sed pignora pegi.
Impingo vult impigi, pactumq; supinum.
A lego fit legi lectum: dat frangere fregi
Et fractum: pungo pupugi, punctumq; reponit.
Compositisq; dabis punxi, si legeris vsquam.
Negligit, exi, ectum, tum intelligo diligo poscit.
Spargo facit si, sum, pariter cum mergere tergo.
Figo cum frigo, xi, xum, egi prodigo, dego
Tantum xi, sugo vult, angoq; absq; supino
Nil tribues vergo & satago, quibus ambigo iunges.
A vecho duc vexi, vectum, traxi à traho tractum.

SCHOLION.

Verba in Go vel guo terminata, faciunt in præterito xi, in supino ctum: tego, *nákrywam*, texi, tectum: plango, *biję piersi, klaskam rękámi, nárzekam*, planxi, planctum: rego, *rządzę*, rexi, rectum, surgo, *wstáię*, surrexi, surrectum: extinguo, *gáßę*, extinxi, extinctum. Pango, *wtykam, ßczepię, zmawiam się*, pepigi vel panxi, pactum. Composita pegi solum, pictum vt impingo, *wtrącam, wbijam*, impegi, impactum; compingo, *zwiezuię*, &c. Pungo, *kolę, wpycham*, pugugi, facit punctum, punxi nusquam legi apud bonum auctorem.

Lo luit, atq; litum sed alo deposcit & altum:
A colo dic cultum: consultum consulo gignit.

Occu-

Occuloq; occultum: falsum dat fallo fefelli.
Nulla supina volo cum nolo, nulla refello.
Nulla capit malo cum psallo: cui dato psalli.
Anteq; cello carent, præcello, excello supinis.
Perculit & culsum percello, velloq; velli
Vulsum pello capit pepulli, pulsumq; supino.
Sustulit & latum tollo: tetulli dedit olim.

SCHOLION.

VErba Lo finita, præterito lui, supino litum: vt molo, *miele*, molui, molitum, alo, *żywię*, *tuczę*, alui, alilitum, & altum. Anteq; cello, id est antecello, *celuię*, *przodkuię*, antecellui, excellui, præcellui sine supino, Percello, *wywracam*, *przewracam*, ferè habet perculi, perculsum: & vello, *rwę*, *wyrywam*, velli, vulsum: nam perculsum: & vulsi in præterito raro admodum vsurpantur. Tollo, *noszę*, sustuli, sublatum, extollo, *wynaszam*, extuli, ellatum, dempta prima syllaba à tetuli, præterito obsoleto.

Mo per ui, itum, tremo ponitur absq; supino.
At promo, demo, ptum, cum sumere como.
Emi emptum dat emo: premo pressi S, duplice præssum.
Pono facit posui positum: genui, genitumq;.
Dat gigno, cerno creui, compostaq; cretum.
At cano vult cecini cantum: cinui dat & entum
Concino cum socijs: straui stratumq; requirit
Sterno, petit sperno spreui, spretumq; beatum est.
Prole lino, lini, liui, leuiue, litumque.
Psi, ptum contemno: sino dat siuiq; situmq;
Po finita ferent psi, ptum, ceu repere, carpo.
Rumpo dabit rupi raptum, strepui, strepitumq;
Vult strepo. Dat coquo coxi, coctumq; supino.
Linquo sibi libui tantum, sed pignora lictum.

SCHOLION.

MO, syllaba terminata, in præterito, ui habent, in supino tum: vt gemo, *wzdycham*, gemui, gemitum: tremo, *drze*, tremui, caret supino: promo, *wydáie, dobywam wynoße*, prompsi, promptum: demo, *odeymuie*, dempsi, demptum: sic etiam sumo, *biore*, & como, *tráfie włosy*. Cerno, cum significat videre, nullum habet præteritum: verum cùm significat adire: vt cernere hæreditatem, *dochodźić*, habet creui: composita cretum habent: vt decerno, *ſkázuie*, decreui, decretum: ita secerno, *odłaczam*, discerno, *rozsadzam*, & excerno, *wypodźiewam*, Lino, *máże*, triplex habet præteritum, lini, liui, & leui, supino litum: nam liniui à linio deducitur, vnde delinio, *mußcze*, deliniui, delinitum, &c. Tempsi, temptum, fortasse non inuenies Contempsi, *pogardzam*, contemptum, vsitatissimum est. Linquo, *opußczam*, liqui solum, composita lictum: vt relinquo, *zostáwuie*, reliqui, relictum, &c.

Quæro, quæsiui, quæsitum: curro, cucurri.
Cursum, tum verro, verri, versumq́ supino.
A gero duc gessi, gestum, triui à tero tritum.
Ferre tuli latumq́: vro dabit vssit & vstum.
A sero fit seui, atque satum: eui rustica proles.
Atque situm: per u, i, sit & ertum cætera turba.
Dant siui, situmque, lacesso, capesso, facesso.
Pinso, pinsui, amat pistum, pinsumq́, simulq́
Pinsitum; & incesso incessi, capit absque supino.
Si, sum, viso facit: quæso spoliatur vtroque.

SCHOLION.

VRo, *pale*, vsi, vstum: verro, *vmiátam*, verri, versum: nam versi in præterito inusitatum est A sero fit

ro fit, &c. Non poteſt tradi certa regula de compoſitis verbis ſero, nam ferè omnia poſſunt accidi in alterutra ſignificatione. Tantùm illud animaduertere; quoties pertinent agriculturam, habere ſeui, ſatum: alias ſerui, ſertum; vt conſero, *záśiewam*, ſi eſt ſimul ſero, conſeui, conſitum: ſi congredior, *potykam ſię*, conſerui, conſertum: inſero, *wśiewam*, hoc eſt inſitionem exerceo, inſeui, inſitum, cùm ſignificat immitto, *wkłádam*, inſerui, inſertum. Ita diſſero, *rozśiewam*, ſeparatim ſero, vel diſputo, *dyſputuię*, aſſero, *przyśiewam*, iuxta ſero, vel affirmo, &c. Hæc tria verba, laceſſo, *drąźnię*, capeſſo, *vymuię ſię*, faceſſo, *záczynam*, ſiui, ſitum, faciunt: vt capeſſo, capeſſiui, capeſſitum. *Tacitus, lib.15.* Flauius, & Afranius principium tanti facinoris capeſſiuere. S. Auguſt. 2. lib: de Ciuit: DEI, referens verba Ciceronis ex lib: 4. de Republica. Æſchines, inquit, Rempubl: capeſſiuit. Faceſſo, *zádawam praca, vprzykrzam ſię*, itidem faceſſiui, faceſſitum. *Tacitus lib: 30.* Nulli vnquam periculum faceſſiſſet, pro faceſſiuiſſet quod ita eſſe docet ſupinum faceſſitum, quo vſus eſt Tull. *6.* in Verr. Antequam audiſſent, inquit, ei negotium faceſſitum. Pinſo, *w moździerzu tłukę, piekę chleb, ſzrotuię*, pinſui, & ſupinum triplex, pinſitum, pinſum, & piſtum. Viſo, *náwiedzam*, viſi, viſum: quæſo, *proſzę*, tantùm plurale habet quæſumus, cæteris caret.

Dant flecto & plecto xi, xum, & cum nectere pecto.
Et xui amat pecto, nectoq́;: peto iuit, & itum.
Verto facit verti verſum: dat mittere miſi,
Ac miſſum: meto meſui habet, cum s duplice meſſum.
Siſto, ſtiti, ſtatum, actiuum: neutrale ſequetur
Sto verbum: ſterto tantùm modo ſtertuit optat.
Viuo feret vixi, victum: ſoluiq́; ſolutum.

Soluo, ſic volui donabit voluo volutum.
Denique texi habet texo, textumq́; ſupinum.

SCHOLION.

FLecto, *Zginam*, flexi, flexum: Plecto, *karze*, plexi, plexum: necto, *wiąze*, nexi, vel nexui, nexum: pecto, *czeſſe*, pexi, vel pexui, pexum; quanquam plecto, & pecto vſitatiùs habent præteritum, quàm ſupinum. Siſto, *záſtánawiam*, reperitur actiuum ſæpè pro eo quod eſt retinere, vt ſiſtere lachrymas, *przeſtáć płákáć*, ſiſtere gradum, *poſtáć*. Liuius dixit, fugam ſiſtere. Plin: Herba ſiſtit profluuium ſanguinis, &c. & pro præſentare ſe, ſiue comparere, vt quidam vulgo loquuntur: vt, Siſtere ſe iudicio, *ſtánąć przed ſądem*, Cic: Att. Da operam, vt vbicunque erimus, te ſiſtas, & tunc habet ſtiti, ſtatum, vt ait Gellius, lib. 2. c. 15. Interdum eſt neutrum pro eo, quod eſt ſtare, vel conſiſtere; ſequiturque ſto verbum, & habet cum eo præteritum commune ſteti compoſita neutra ſunt: vt reſiſto, *ſprzeciwiam ſię*, obſiſto, *záſtáwiam ſię*, perſiſto, *trwam*, inſiſto, *vſiłuię*, ac retinent literam i, tùm in præterito, tùm in ſupino: vt reſiſto, reſtiti, reſtitum; ſic inſiſto, obſiſto, perſiſto, ſubſiſto: quorum ſupinis tutius vteris, cum apud probatos ſcriptores legeris. Conſiſto, *poſtawam*, tamen fortaſſe retinent in ſupino vocalem A, vnde Iupiter ſtator. Vide Comment.

QVARTA CONIVGATIO.

Quarta dat iui, itum, tribuit ſepelire ſepultum.
Sentio vult ſenſi ſenſum, aſt amiciuit amictum.
Veneo fert venum, quod fermè veniјt optat.
Compoſita à pario per ui, variantur & ertum.

Comperioq́; peri, pertum, reperiq́; repertum.
Dat venio veni ventum: pſi ſepio ſeptum.
Singultumq́; facit ſingultio: ſancio ſanxi
Sanctum & ſancitum: tum vinxi vincio vinctum.
Vult ſalio ſalui ſaltum, ſed pignora ſultum.
Haurio fert hauſi, atq́; hauſtum: ſed ſarcio ſarſi
Fartum: ſic ſarſi ſartum dat ſarcio: fulſi
Fulcio habet fultum. Nil dant meditantia verba
(Eſurit excepto) ſerio nihil, aioq́; poſcunt.

SCHOLION.

VErba quartæ coniugationis, habent in præterito iui, vel ij: vt audiui, vel audij, muniui, *bronię, wáruię:* alia tamen alijs ſunt vſitatiora. Sentio, *czuię, rozumiem*, ſenſi, ſenſum: amicio, *odźiewam*, ſupino amictum: vnde participium amictus frequentiſſimum eſt. *Cic: 2. Phil.* Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea. Amicui, quo Brutus apud Diomedem eſt vſus, minus placet, quàm amixi, quo vtitur Varro apud eundem. Vide Comment. Compoſita à verbo pario faciunt ui, præterito, ertum ſupino: vt, aperio, *otwarzam*, aperui, apertum; eodemque modo operio, *okrywam*. Comperio, *doznawam*, tamen habet comperi, compertum, & reperio, *náyduię*, reperi, repertum, meditantia verba, ſiue meditatiua dicuntur, quæ ſignificant vehemens, & quaſi moleſtum deſiderium eius actionis, quàm ſignificant: vt eſurio, *łáknę*, *chce mi ſię ieść*, edendi; cœnaturio, *chcę wieczerzáć*, cœnandi: ſcripturio, *chcę piſáć*, ſcribendi, &c. omnia carent præterito, præter eſurio, eſuriui, eſuritum; non ſunt huius ordinis ligurio, *vtracam ná łákotkách*, ligurini; neui, neque ſcaturio, *wytryſkam*, ſcaturiui. Ferio, *biię*, & aio, *mowię*, nec præteritum, nec ſupinum habent: mu-

tuari tamen possunt ferio percussi, à percutio: aio, dixi, à dico, aut aliquid huiusmodi. Sancio, *stánowie*, fortasse olim habuit etiam sanciui: vt supinum sancitum videtur ostendere. Salio, *skacze*, habet quoque saliui, vel salij. *Verg. 2. Geor.* Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres Salui fortasse non est in vsu, nisi in compositis, insilui, desilui, resilui. Veneo, *przedáią mię*, sepio, *grodzę*, singultio, *sczkam*.

DE VERBIS DEPONENTIBVS, ET COMMVNIBVS.

Si dare præteritum vis deponentibus aptum,
Expedit actiuas illis affingere voces:
Vt vereor, vereo, veritum fluet inde supinum.
Indeq; præteritum veritus sum: ita cætera forma.
Respuit hanc legem proficiscor: namq; profectus
Donat, & vlciscor facit vltum, adipiscor adeptus.
Dat fateor fassus, questus queror, atque loquutus
Fert loquor, & nitor nisus, vel nixus amabit.
Metior & mensus, patior passus: reor autem
Dat ratus, oblitum vult obliuiscor, & vtor
Vsum, expergiscor vult experrectus habere.
A fruor est fruitus: verùm à sequor ede secutus.
Dat gradior gressus, misereri redde misertus.
Nanciscor nactus faciet, pactusq; paciscor.
Comq; miniscor habet commentus, & ordior orsus.
Mortuus à morior capiet, feret ortus oriri.
Nascor amat natus, per iturus flecte futurum.
In tribus extremis. Recte spoliabis vtroque
Hæc, vescor, liquor, ringor, medeor, reminiscor.

SCHOLION.


PRæteritum in Deponentibus facilè formabis, si fingas illorum Adiectiuum: vt si vereor, *obawiam się*, à vereo deducas, inde verui, veritum, atque inde formes veritus sum. Blandior, *Pobłazam, łágodnie mowię*, quasi à blandio, blandiui, blanditum, blanditus sum, atque in cæteris eodem modo. Respuit hanc legem, &c. Quædam tamen hoc modo formari non possunt: vt proficiscor, *iádę w drogę*, profectus sum: fateor, *wyznawam*, fassus sum: Confiteor, *spowiádam się*, confessus sum: Diffiteor, *nieznam się*, caret præterito. Tria hæc morior, *vmieram*, orior, *wschodzę*, nascor, *rodzę się*, in præterito mortuus sum, ortus, natus, in participio futuri habent moriturus, oriturus, nasciturus. Quinque postrema, vescor, eris, *pożywam*: Liquor, eris, *rozpuszczam się*, Ringor, eris, *rozdźieram się*, *gryzę się*: Medeor, *leczę*: Reminiscor, *wspominam*: carent præterito & supino. Vlciscor, *mszczę się*: Adipiscor, *dostáię*. Nitor, *śiłuię się*, *wspieram się*. Queror, *skárzę się*. Metor, *wymierzam*. Reor, *mniemam*: Expergiscor, *ocucam się*: Fruor, *zázywam*. Sequor, *śćigam*: Gradior, *postepuię*, *wschadzam*. Nanciscor, *nábywam*: Paciscor, *zmawiam się z kim*, *vgadzam się*. Comminiscor, *zmyślam*: Ordior, *poczynam*.

APPENDIX.

ASsuescant hic iam pueri Latinæ linguæ puritatem conseruare, voces barbaras, non minus quàm nautæ scopulos periculosos, deuitent, cuiusmodi sunt Cme-

Cmeto, vſurpari ſolitum pro ſubdito, ſeu Colono Coretus, pro Modio: Caules, pro Braſica, *Kápuſtá*, Morela, pro Dauco, ſeu Siſere, *Márchew*, *Kuczmerká* Pelliceus, pro veſte pellicea; Melota, ſeu Diphtera, Gryſeus, pro Leudophæo, ſeu Giluo, *Száry*, Borea, pro Pineto, *Bor*, & alia ſimilia ſexcenta.

Finis Libri Primi.



EMMANVELLIS ALVARI E SOCIETATE IESV,

DE INSTITVTIONE GRAMMATICA,

LIBER SECVNDVS.

Editio noua Correctior.



Cum licentia Superiorum, & Priuilegio S. R. M.

C R A C O V I Æ,
n Offic: Viduæ & Hæredum Andr: Petr: S. R. M. Typ. Anno Dñi, 1662.

COLLEGIVM ROMANVM, SOCIETATIS IESV.

AD LECTOREM.

EGREGIAM profecto operam literis, earumq; studiosis nauauit, EMMANVEL ALVARVS, è Societate IESV, Lusitanus: is enim & præcepta Grammaticæ, ieiuna illa per se; literatorum verò ignoratione dicam, an negligentia, barbaris ita polluta vocibus, dicendique rationibus deformata nihil vt minus traderent, quam latinitatem verbis quantùm res patiebatur, illustrioribus exornauit: & id quod vtilissimum fore videbatur, magna optimorum exemplorum copia locupletauit. Adde quam plurima ex optimo quoque Scriptore, tanquam ex penaria quadam eloquentiæ cella deprompta, ac partim ipsa in præcepta Grammaticæ, partim in appendices, partim vero in Commentarios ita distributa; vt quod ad latini proprietatem sermonis, & nitorem facit, nihil admodum desideretur. Huc accesserat admirabilis Grammaticæ ipsius tradendæ ratio ac methodus, quam ille, aut à recentioribus quibusdam mutuatus erat, aut summo sanè cum iudicio, primus excogitauerat. Verum hæc ipsa methodus, quæ per se facilis & quædam quasi compendaria via futura esse videbatur ad omnem Latinitatem: nescio quo pacto vsu venerit, vt experiendo difficilior, quam vt puerorum ingenia ferre possent, deprehenderetur. Et sanè vt id ipsum tribui nouitati possit (ingenijs enim puerilibus conducit plurimum trita quædam quasi cantilena præceptorum, quam ipsi sæpe pueri audiuerint, ac psittacorum more ipsarum adhuc rerum ignari decantarint,) sed vt nouitati inquam tribuatur: non negarem tamen aliquid vidisse Diomedem, Phocam, Donatum, ceteroque, cur maluerint planiorem quandam viam ingredi, quæ directiorem: ne tâm methodi perfectissimæ, quàm pueri inge-

ingenij habere rationem. Sed quoquo se modo res habeat superiorum, vt dicebam, annorum experimento didicimus: puerorum vtilitati & commodo; dum verba actiua, passiua, neutra, deponentia, impersonalia, permiscemus; dum non verborum formas, sed casuum regimen tantùm attendimus; dum perfectam & absolutam constructionem; transitiuam intransitiuæ præponimus; dum quæ ad nomen pertinent, ante ea, quæ de verbis dicenda sunt, tradimus vniuersa: dum in harum ipsarum vocum, transitiui, & intransitiui notione religiosius hæremus; dum certis locis communibus omnia comprehendimus, nimio fortasse illis consulendi studio, minùs esse consultum. Quare operæ pretium nos facturos esse existimauimus, si quæ de octo partium constructione scripsit Emmanuel, ita nunc primùm ederemus; vt eam ipsam veterum dispositionem retineremus, cæterum Emmanuelis ipsius opera, atque eruditione frueremur. Habes itaque in hac Emmanuelis editione, primùm præcepta omnia, quæ, quod ad transitiuam constructionem, quas vulgò Concordantias vocant, pueris existimauimus fore perutilia: harum tamen vocum transitiui, & intransitiui, quod ea minus ad rem facere viderentur, mentione prætermissa. Secundo loco verba Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponentia, Impersonalia, & infinita, eodem ferè ordine, quo à veteribus erant, vt diximus distributa. Deinde addidimus; quod ipsi illi faciunt, accidentia verborum, Gerundia, Participia, Supina. Hæc nominis constructio consequitur: quod eo loco à veteribus de Comparatiuis & Superlatiuis agatur. Hanc ipsam postremò excipiunt partes aliæ orationis; eodem planè ordine, quo hic noster illas antea digesserat. Ex quo fit vt cùm ad Infinita accesseris, nihil planè deinde, præter impositam nominis constructionem, immutetur: in ipsa autem constructione verborum, ordinem quidem veterum recognoscas; Præcepta verò, exempla, & alia omnia, vel ex ipsius Emmanuelis præceptis, vel ex eius Commentarijs hauriantur. Quibus in

bus in Commentarijs quia multa erant cognitu illa quidem pulcherrima; sed quæ in ijs, qui circumferentur libellis, desiderarentur: ideò fecimus, vt pulcherrimis quibusque è Commentario exceptis, appendicum numerum augeremus. Quarum appendicum singulis verborum ordinibus illas adscripsimus, quæ magis ad rem facere videbantur, easque ipsas eo consilio in duo genera distribuimus; vt Ludimagistri intelligerent, tyrones non ijs esse continuò omnibus onerandos: sed eis, cum primùm ad partium orationis constructionem accesserint, tradenda esse nuda tantùm præcepta Grammaticæ, idq; vsq; ad communem constructionem verborum. Quibus præceptionibus expeditis, iteranda eadem illa cum facilioribus appendicibus; ijs tamen addenda de accidentium Verbi, ac Nominis, deque cæterarum partium constructione; ad quæ percipienda idonei esse videbuntur. Postremò, alijs orationis partibus adiungenda si quæ fuerint antea prætermissa: ac discipulos, cum iam erunt in præceptis Grammaticæ confirmati, difficiliores appendices: quas secundi generis appellamus, vna cum ijs, quæ ad figuratam constructionem pertinent, docendos esse. Ita fiet, vt breui abundent præceptis institutisque Grammaticæ: ac tum demum possunt ad humanitatem informari. Hæc habuimus, quæ te de immutato in Emmanuelis ordine, deque Grammatica institutione tradenda doceremus. Vale.

In hac autem Romana editione, quæ est 1599. data est opera; vt pro eis, qui nostra Gymnasia frequentant, vniuersa Grammatica in tres partes dissecta prodiret, ternis Grammaticæ classibus accomodatas: vt & faciliùs cuiusque classis, veluti pensum, ac distinctius appareret, & magistrorum simul, discipulorumque rationibus consuleretur.



DE OCTO PARTIVM ORATIONIS CONSTRVCTIONE.

DE CONCORDANTIIS.

CAPVT I.

PRO SVPERIORE ORDINE INFIMÆ Classis Grammaticæ.

Præceptum I. De Nomine cum Verbo.

VERBVM personale finiti modi antecedit nominatiuus apertè, vel occultè eiusdem numeri, & personæ, Cicero Terent: lib: 14. *Si vales, bene est, ego quidem valeo.*

2. Nam verbum infiniti modi ante se accusatiuum habet. Cicero Attic: lib: 5. *Hunc quidem nimbum cito transiisse lætor.*

Appendix I. generis. P. M. C.

1. Voces copulatæ sæpè verbum plurale desiderant. Cicero Attic: lib: 12. *Hic nobiscum sunt Nicias & Valerius.* Interdum singulari contentæ sunt. Idem de Sen. *Mens & ratio, & consilium in senibus est* Nonnunquam omittitur coniunctio. Idem ad Qu. Fr. lib: 1. *Frons oculi, vultus perſæpè mentiuntur.*

2. Verbum plurale, nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est quàm secunda, & tertia. Secunda tertiæ anteponitur. Cicero ad Terentiam, lib: 4. *Si tu & Tullia lux nostra valetis: ego & suauissimus Cicero valemus.*

3. Prima & secunda persona ferè non explicantur; nisi cùm diuersas personas simul aut earum actiones, vel studia significamus. Cicero Phil: 8. *Ego conseruare coloniam populi Romani cupio: tu expugnare, studes.*

Aut cùm plus significamus, quam dicimus. Cicero in

Ver. lib. 4. *Tu innocentior quam Metellus?* Tu plus significat quam vox ipsa per se sonat.

4. Verbum Infinitum interdum partes nominatiui agit Cicero in Oratore. *Oportere perfectionem declarat officij.* Terent. in Heaut. *Non est mentiri meum.*

Item verbum cum suo casu. Cicero ad Marium. l. 7. Epist. l. *Vacare culpa magnum est solatium.*

APPENDIX II Generis P. S. C.

1. Vtuntur interdum Oratores numero singulari, sed rariùs Cic: pro Rab. *Vos, vos, inquam, ipsi, & senatus frequens restitit.* Poëtæ verbo plurali aliquando vtuntur, intercedente præpositione cum Virg. 1. Æn. *Remo cum fratre Quirinus iura dabant.* Oratores singulari. Cic. ad Q. F. l. 3. *Domitius cum Messala certus esse videbatur.*

2. Poëtæ etiam, intercedente præpositione *Cum*, verbum multitudinis præstantiori personæ reddunt. Virg. 2. Æn. *Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.* Oratores verò verbum nominatiuo reddunt, nullâ habitâ ratione ablatiui. Cicero ad Attic: lib: 3. *Nec totum animum tuum mœrori mecum dedisses.* Quod idem & Poëtæ faciunt. Hor ad Pison. *Tu, quid ego, & populus mecum desideret audi.*

3. Verba, Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet, interdum loco Nominatiui, membrum orationis habent. Cic: Attic. lib. 12, *Apparebat illas literas non illius esse.* Idem accidit nonnumquam Verbis Passiuis, cùm more impersonalium vsurpantur. Cic: de Am: *Tarquinium dixisse fertur, &c.* Quamquam vsitatiùs videtur; *Ferunt Tarquinium dixisse:* aut, *fertur dixisse Tarquinius.*

Præceptum II. P. S. O. I.

De Adiectiuo & Substantiuo.

NOmina Adiectiua, Pronomina, & Participia, cohærent cum suis Substantiuis, genere, numero, & casu.

casu. Cicero in Verrem, lib. 6. *Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus.*

Appendix I. Generis P. M. C.

1. Substantiua coniuncta ferè adiectiuum multitudinis requirunt. Liu. Bell: Pun. 4 *Hipocrates & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Siracusis.* Quod si adiectiuum singularis sit numeri: cum viciniore substantiuo, genere & casu consentient. Q. Cic. de petit: Consul. *Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia; ac molestia perferrenda est.*

2. Adiectiuum plurale præstantius genus sibi vendicat. Virile præstantius est muliebri & neutro. Terrent. in Eum. *Cum pridem mihi Pater & Mater mortui essent.* Neutrum muliebri præfertur, præcipue cùm de rebus inanimatis sermo est. Sallust. in Cat. *Diuitiæ decus, gloria in oculis sita sunt.*

3. Cum Substantiuis rerum inanimatarum plerumque iungitur neutrum multitudinis. Liu. Bell. Maced. lib. 7. *Ira & auaritia imperio potentiora erant.*

4. Sæpius tamen & elegantius adiectiuum cum substantiuo tùm singularis, tùm pluralis numeri viciniore genere, numero, & casu consentit. Cic. in Catil. Orat. 4. *Video P: C: in me vestrum omnium ora atque oculos esse conuersos.*

5. Participia, Factus, Creditus, Dictus, Dicendus. Visus, Appellatus, & cætera eiusdem generis; si post duo substantiua diuersorum generum ponantur, cohærent cum eo, quod est basis & fundamentum orationis Plinius lib. 5. cap. 1. *Puteoli, Coloniæ, Dicearchia appellati.* Illud autem basis dicitur, quod est principale & præcipuum, & ad quod alterum tanquam appellatio, affectio, qualitas illius refertur, qualia sunt inprimis propria nomina hominum, animalium, locorum, & his similia.

APPENDIX II. generis P. S. C.

1. Si de rebus animatis agitur, tutiùs fuerit circuitione vti hoc modo. *Lucretia castissima fuit, quâ virtute eius etiam mancipium floruit:* potiùs quàm *Lucretia & eius mancipium fuerunt casta.*

2. Figurata constructio censenda est, cùm apud probatos scriptores è duobus substantiuis adiectiuum consentit cum minus præcipuo: vt Cic: de Diu: lib 2. *Non enim omnis error stultitia dicenda est.* Liuius lib. 1. *Gens vniuersa Veneti appellati.*

3. Poëtæ substantiuis præpositione, *Cùm*, copulatis, plurale adiungunt suo iure. Ouid: Met. lib. 2. *Sors eadem Ismaros, Hebrum cum Strimone siccat.* Ismarios adiectiuum est duorum fluuiorum; sequuntur etiam adiectiua generis præstantiam, Ouid: Fast: cap. 3. *Ilia cum Lauso de Numitore sati.*

Præceptum III. P. S. O. I.

De Relatiuo cum Antecedente.

Relatiuum, *Qui, quæ, quod,* concodat cum antecedente, in genere, & numero. Cic: Attic: lib. 3. *O te ferreum, qui illius periculis non moueris.*

2. Item Pronomina: *Hic, iste, ille, ipse, is, & idem* cùm sunt Relatiua. Idem Attic: lib. 2. *Venit obuiam tuus Pater, is mihi literas abs te reddidit.*

APPENDIX I. generis P. M. C.

1. Relatiuum Qui, quæ, quod, quando antecedenti præponitur, cum eodem genere, numero, & casu, perquam venustè cohæret. Cic: Attic: lib. 9. *Quos cum Mario pueros & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt.* Quanquam sæpiùs alterum relatiuum subijcitur ex ijs Pronominibus: Hic, Iste, Ille, &c. Cic: Tusc: lib. 1. *Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.*

2. Quod

2 Quod si inter duo substantiua ponatur: cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium sit Sall: Catil: *Est locus in carcere quod Tullianum appellatur;* Curt: lib. 3 *Darius ad eum locum, quem Amanicas Pyllas vocant, peruenit.*

3. Quantus, qualis, & cætera id genus nomina cùm relatiua fiunt; non cum antecedente, sed cum cõsequente substantiuo, genere numero, & casu consentiunt. Cic: ad Cassium lib 12. *Dixi de te quæ te potui, tanta contentione, quantum forum est.*

APPENDIX. II. generis P. S. C.

1. Nominatiuus, & verbum Adiectiuum, & substantiuum: & relatiuum, & antecedens: interdum, maximè apud Historicos & Poëtas sensu, & significatione consentiunt: quamuis voce discrepent. Virg. Æn. *Pars in frustra secant.* Liu: Bel: Maced. 7. *Pars vescentes sub vmbra quidam somno etiam strati.* Terent. in Andr. *Vbi ille est scelus, qui me perdidit? ille scelus* hoc est *ille sceleratus.*

2. Orationis membrum interdum loco, antecedentis ponitur, idque in neutro genere expresso vel subaudito. Cic: Attic: lib 2. *Pompeius (quod mihi summo dolori est) ipse se afflixit,* subaudi id, ac si diceretur: *Pompeius ipse se afflixit, id quod mihi, &c* Idem pro Corn: *Vnum obijcitur, natum esse Gadibus, quod nemo negat.*

3. Si plura antecedant substantiua coniunctionibus alligata; idem obseruandum, quod paulo ante de adiectiuis, fol. 2. appendice 1. dictum est Cic: in Offic: lib. 1. *Propter summam & doctoris auctoritatem, & vrbis: quorum alter te scientia augere potest, inuenta exemplis.* Interdum redditur relatiuum vicinori substantiuo. Idem in Pisonem *Mihi non venerat in mentem, furorem & insaniam optare vobis, in quam incidistis.*

Præceptum IV.

De Substantiuis continuatis, siue de Appositione substantiuorum

SVbstantiua continuata, quæ ad eandem rem spectant casu concordant: quamuis genere & numero aliquando dissentiant, Cic: Att: lib. 1. *Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat.* Plin: lib. 1. Epist. *Quid agit Comum tuæ meæq; delitiæ.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

1. Interdum alterum substantiuum genitiui est casus etiamsi alterum alio casu efferatur. Cic: lib 5. *Caßius in oppido Antiochiæ, pro oppido Antiochia.*

2. Quærunt hoc loco Grammatici: vtri potiùs substantiuo, reddendum sit verbum adiectiuum, & relatiuum; magisnè an minus communi. Ego quantum memini me obseruasse, existimo; si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum cæteraque consentire Cic: ad Mart. lib. 7. *Deliciæ vero tuæ noster Æsopus huiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes liceret.* Si vero de alijs rebus agatur, sæpissime video verbum adiectiuum, relatiuumq; magis communi respondere. Liuius. Bel. Maced. l 7. *De solis vrbe, quæ in Cilicia est egerunt.* Soli Solorum nomen est vrbis, Plin. lib. 21. *Tungi ciuitas Galliæ; fontem habet insignem.* Liuius lib. 2. *Corioli oppidum captum.*

Præceptum V.

De interrogatione, & responsione.

INterrogatio & responsio casu ferè consentiunt. *Cui præceptori dedisti operam: Platoni. Cuius est hæc oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse principem oratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisti impeditus: aßidua febricula.* Verum interdum responsio ab interrogatione dissentit: vt *Quanti emisti Ciceronem? Tribus denarijs.*

DE CONSTRVCTIONE VERBI ACTIVI.

CAPVT II.

Primus ordo Actiuorum.

OMnia verba, quæ Actiua vocantur, post se Accusandi casum postulant. Cicero in Catil. *Auus tuus clarissimus vir, amavit vnicè Patriam, & Ciues suos.* Cicero pro Mil. *Quæ si vos cœpit obliuio.* Idem 6. Verr. *Tot domus locupletissimas domus istius vna capiet.*

Amo,	as,	aui,	atum,	*Miłować.*
Capio,	is,	cepi,	captum,	*Bráć.*
Commendo,	das,	aui,	atum,	*Zálecáć.*
Como,	is,	ompsi,	omptum,	*Stroić.*
Fero,	fers,	tuli,	latum,	*Nieść.*
Lego,	gis,	gi,	lectum,	*Czytáć, zbieráć.*
Vitupero,	as,	aui,	atum,	*Gánić.*

Adiuuo, Celebro, Diligo, Laudo, Scribo.

SCHOLION P. M. C.

1. Huc reuocari potest verbum Fastidio; quod tamen sæpè absolutè vsurpari videtur. Plaut. Asina. *Manè verò quanquam fastidis.*

2. Interdum Infinitiuo iungitur. Quint. lib. 5. cap. 2. *Idq; fieri, quia fastidiunt præstare hanc inferioribus curam.*

3. Sæpè tamen Accusatiuo seruit. Liuius l. 2. *Quâ primo cœperat fastidire munus vulgatum.* Horat. l. 1. serm. sat. 2. *Omnia fastidit præter pauonem.*

4. Cicero Ablatiuo vtitur. *Rectè factis sæpè fastidiunt* pro Mil. Quidam legendum putant, *in rectè factis*: sed fortasse Ablatiuus est communis, siue causæ, siue loci.

5. Rarò denique cum Genitiuo reperitur, nec videtur vsurpandum. Plau. Aul. *Abijt, neq; certiorem fecit; fastidit mei.* Lucil. *Fastidium bonorum.*

ecundus ordo Actiuorum, Genitiuus præter Accusatiuum.

VErba accusandi, absoluendi, atq; damnandi, ferè præter accusatiuum genitiuum admittunt; siue certum, siue incertum crimen pœnamuè significet. Ter; in Eun. *Hic furti se alligat* Cic: pro Rab. *Quales viros mortuos summi sceleris arguas?* Ibidem. *Ciuem Romanum capitis condemnare coegit.* Subaudiri enim his genitiuis videtur ablatiuus aliquis, qui significet causam: vt, *Crimine, Pœna, Nomine, &c.* Ideo etiam hæc ipsa nomina, crimen, pœna, supplicium; & horum similia, ferè ablatiuo sine præpositione efferuntur. Cic. Curioni lib. 2. *Condemnabo eodem Ego te crimine.*

Absoluo,	luis,	lui,	lutum,	*Wolnym czynić.*
Accuso,	sas,	aui,	atum,	*Oskárżáć.*
Arguo,	is,	ui,	utum,	*Strofowáć.*
Damno,	nas,	naui,	natum,	*Zdáwáć ná co.*
Insimulo,	as,	aui	atum,	*Obwinić.*

Arcesso, Coarguo, Condemno, Conuinco, Redarguo.

APPENDIX P. M.

1. Genitiuus criminis, maximè cum his verbis: Accuso, Arguo, Defero, Postulo, Absoluo, Damno, Condemno, in ablatiuum cum præpositione De, mutari potest. Cicero Attic: lib. 1. *Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis.*

2. Dicimus etiam, capite aliquem damnare, punire, plectere. Aut: ad Herent: lib: 4. *Eum vos iurati capite damnastis.*

3. Absoluo, Libero, Alligo, Astringo, Multo, Obligo, Obstringo, quemadmodum suapte natura ablatiuum petunt: ita ablatiuum significantem pœnam, crimenuè; sine præpositione admittunt. Liuius, lib. 1. *Ego me etsi peccato*

peccato absoluo, supplicio, non libero. Cic: de Orat: lib: 1. *Vitia hominum, atque fraudes, damnis, ignominijs vinculis, verberibus, exilijs, morte mulctantur.*

4. Non temerè vti debemus omnibus verbis accusandi, &c. Neque enim Corripio, Reprehendo, Vitupero, Culpo, Castigo, Excuso, passim cum genitiuo criminis, pœneuè iunguntur. Vituperare, Reprehendere alicuius parsimoniam, ambitionem, &c. dicam potiùs quàm aliquem parsimoniæ, ambitionis, &c. Cic: Att: lib: l. 15. *Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum.* Idem pro Plan. *Nunc discessum meum quasi reprehendere, & subaccusare voluisti.* Idem pro Mur. *Ego tuum consilium Cato singulare animi mei de tua virtute, iudicium vituperare non audeo.* Idem de Orat. *Et quoniam de impudentia dixi: castigemus etiam segnitiem hominum atque inertiam.*

5. Verba hæc accusandi, &c. interdum Præpositionem In, admittunt. Cic. de Inu. lib. 2. *Quare vitam eius quem arguit, ex antefactis accusator improbare debuit, & ostendere si quo impari peccato coactus sit.* Idem ad Quin: Frat. *Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso.*

ETiam Verba emendi, vendendi, locandi, præter accusatiuum, hos duntaxat genitiuos assumunt: *Tanti, Quanti, Pluris, Minoris,* & ex his composita. *Tantidem, Quanticunque.* Tametsi pretium ablatiuo effertur, de quo dicturi sumus, cum de communi constructione agemus, cap. 9, Cic. Offic: l. 3. *Emit homo cupidus tanti, quanti Pythyus voluit.* Ibidem. *Vendo meum non pluris, quam cæteri, fortasse etiam minoris.*

Conduco,	cis,	xi,	ctum.	*Náiać v kogo.*
Emo,	emis,	emi,	emptum.	*Kupowáć.*
Loco,	cas,	aui,	catum,	*Náiać komu.*
Redimo,	mis,	emi,	emptum.	*Odkupowáć.*
Tendo,	dis,	didi,	ditum.	*Przedawáć.*

Verba æstimandi, præter hos genitiuos, Tanti, &c. illos etiam habent: *Magni, Parui, Plurimi, Maximi, Minimi*, Cic. App. lib. 3. *Quanti Pompeium, quem vnum facio, vel debeo, plurimi: quanti Brutum facerem.*

Idem 6. Phil. *Habetur hic pluris quàm alius.* Idem ait lib. 8: *Facio pluris omnium hominum neminem.* Idem 2. de Fin. *Magni æstimant pecuniam.* Ibid. *Sed quia id parui diceret.* Idem ad Lent: lib. 1. *Putaui aliquid minimi.* Idem pro Planc. *Magni putare honores.* Ter: in Heaut. *Tum illum nusquam ostendisti quanti penderes.* Idem in Andr. *Meritò te semper maximi feci, Chreme.*

Æstimo,	as,	aui,	atum,	
Duco,	cis,	xi,	ctum.	
Facio,	cis,	feci,	factum.	*Szácowác.*
Pendo,	dis,	pependi,	pensum.	*Rozumiec.*
Habeo,	es,	ui,	itum.	
Puto,	as,	aui,	atum.	

APPENDIX. I. generis P. M. C.

1. Dicimus etiam, Magno, permagno, paruo æstimare. Cic: in Ver: lib: 1. *Tu ista permagno æstimas?* Idem de fin. lib: 2. *Magno æstimabis pecuniam.* Intelligitur enim substantiuum, *pretio*, quod interdum additur.] Valer. Max. lib. 5. *Magno vbique pretio virtus æstimatur.*

2. Nauci, flocci, pili, assis, teruncii, nihili, cum verbo Facio, junguntur. Cicero de fin. *Eum nihili facit.* Dicimus etiam: *pro nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes præ virtute. Non nihili bonam valetudinem æstimo.*

3. Sum pro æstimor,' eosdem illos genitiuos admittit. Cic: ad Class. *Magni erunt mihi tuæ literæ.* Idem pro Sex, *Quis Carthaginensium pluris fuit Hannibale, consilio, virtute, rebus gestis?*

4. Æqui bonique, vel æqui boni facio, boni consulo, singularia sunt. Teren: in Heaut. *Equidem istud Chreme*

æqui boni facio. Cice: Attic. *Tranquilißimus autem animus meus, qui totum isthuc æqui boni facit.* Seneca. *Hanc coqui ad pistoris moram boni consulo.*

HÆc item verba, *Admoneo, Commoneo, Commonefacio*, genitiuum habent cum Accusatiuo. Liu: Bell. Maced: lib: 5. *Qui admonerent eum fœderis Romani.* Eadem tamen pro genitiuo possunt Ablatiuum cum Præpositione *De*, admittere. Cic: pro Lege Manil. *De quo vos paulò ante inuitus admonui.*

Idem in Verr: lib. 7. *Te neque præsens filius de liberorum caritate, neq; absens pater de indulgentia patria commonebat.*

Admoneo,	nes,	nui,	nitum,	
Commoneo,	nes,	nui,	nitum,	*Vpominác.*
Commonefacio,	cis,	feci,	factum,	

Tertius ordo Actiuorum, Datiuus cum Accusatiuo.

QVædam verba actiua, præter Accusatiuum, Datiuum exigunt: ea ferè sunt, dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi. Cic: pro Planc. *Salutem tibi ijdem dare potuerunt, qui mihi reddiderunt.*

Dandi.

Concedo,	dis,	cessi,	essum,	*Pozwaláć.*
Do,	das,	dedi,	datum,	*Dáć.*
Tribuo,	is,	bui,	vtum,	

Commodo, Dedo, Ministro, Præbeo, Suppedito.

Reddendi.

Reddo,	dis,	didi,	ditum,	*Oddáć.*
Refero,	fers,	tuli,	latum,	*Odnośić.*

Rependo, Restituo, Repono.

Committendi.

Mando,	das,	aui,	atum,	*Roskázowáć.*

Trado,

Trado	dis,	didi,	ditum,	*Wydawáć.*

Credo, Committo, Commendo, Prodo.

Promittendi.

Promitto,	tis,	miſi,	miſſum,	*Obiecáć,*
Spondeo,	des,	pondi,	ſponſum,	*Slubowáć.*

Declarandi.

Explico,	cas,	caui,	atum,	*Wykłádáć.*
Significo,	cas,	caui,	atum,	*Oznáymiáć.*

Aperio, Dico, Expono, Indico, Narro, Oſtendo.

Anteponendi.

Anteſero,	ſers,	tuli,	latum,	*Więcey ważyć.*
Præſero,	ſers,	tuli,	latum,	*Przenaſſáć.*

Antepono, Præpono.

Poſtponendi.

Poſtpono,	nis,	ſui,	ſitum,	*Lekce ważyć.*
Poſthabeo,	bes,	bui,	bitum,	*Przekłádáć.*

APPENDIX. P. M.

1. Alia verba ſunt huius tertij ordinis: vt, Facio tibi iniuriam Facio tibi fidem Ago vobis maximas gratias. Interdixiſti nobis vſum purpuræ. Mitto tibi & ad te literas. Var: Cic: l. 5. *Omnia mihi dura imperas.* Sulp: ad eandem lib. 5. *Quæ alijs tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubijce.* Cic: Attic: lib. 3. *Tu quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum putato.*

2. Multa denique compoſita ex actiuis, & præpoſitione Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter datiuum, etiam accuſandi cauſam poſtulant Cic: Attic: lib. 2. *Inimici mei mea mihi non me ipſum ademerunt.* Eiuſmodi ſunt, Affero, Admoneo, Appono, Adiungo, Addo, Addico, Applico, Admiſceo, Adijcio, Adiudico, &c. Infero, Infigo, Importo, Iniungo, Inijcio, Indo, Ingero, Incutio, Infero, Inuro, &c. Oppono, Offundo, Offero, Præclu-

do,

do Præcipio, Præscribo: Præfinio, Præparo; Subduco, Subscribo, Subiungo, Suppono, Suggero.

3. Habeo tibi fidem, id est credo, vsitatissimum elegantissimumque est. Adhibeo tibi fidem, in eadem re, vix Latinum est Præsto tibi fidem, tum dicimus, cùm seruare fidem intelligimus. Liu: lib. 5. bel. Pun. *Gens fallax promissi fidem præstitit.*

4. Sunt quidem geminus datiuus præter accusatiuum apponitur; Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, crimini, pignori, fœnori. Vertis mihi hoc vitio, stultitiæ. Id tibi ducis honori, gloriæ laudi, vitio, damno. Cic: pro Sext: Rosc: *Profectò intelliges, inopia criminum, summam laudem Sex: Rosceo vitio, & culpæ dedisse*, Terent: in Adelph. *Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tu fecisti inopia*

5. Verbum Mutuo, non est huius loci; neque enim dicimus: mutuaui tibi pecunias: mutuasti mihi centum numos: Sed dedi tibi pecunias mutuas, dedisti mihi mutuos centum nummos. Cic: Attic: lib. 2. *Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.* Terent: Heaut: *Huic drachmarum argenti mille dederunt mutuum.* Dicimus autem ferè dare mutuum de pecunia, alijsque rebus, quæ non restituuntur eædem sed eiusdem generis: nam de cæteris commodare vsitatum est: quod etiam interdum de pecunia dicitur: Plaut: Asin. *Viginti argenti minas commodare dixit* Et Cic: pro Cæl. *Mulier quæ se aurum Cælio commodasse dixit.*

6. Iubeo cum imperare, aut velle significat, ferê iungitur infinito Cic: pro Deiot. *Iubeo te benè sperare*, vel infinitum intelligitur Plaut: in Aul. *Aut si respexeris donec ego te iussero* intelligitur, *respicere*, Alioqui casum personæ non habet sed rei Cic: de leg. l. 1. *Lex est ratio suma, insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt; prohibetq́, contraria.*

7. Iubeo cum datiuo, & particula Ne, reperitur.

Cæsar:

Cæsar: de Bell: Ciuil: lib. 3. *Militibus suis iußit, ne qui eorum violarentur.*

8. Cùm autem decernere, statuere, creare significat; non solùm Accusatiuum rei, sed etiam personæ admitit. Cic: pro Corn. *Populus Roman: legem iußit de ciuitate tribuenda.* Idem in Aut. *Cùm primùm Cæsar ostendisset, Dolabellam Consulem esse iussurum,* id est, *creaturum.*

SCHOLION P. M.

1. *Quod de verbo* Iubeo, *dictum est: num: 6. idem dicendum de verbis,* Veto, Prohibeo. *Cic: 3. de Orat.* Lex peregrinum vetat in murum ascendere *Idem de Amic:* Acta agimus, quod vetamur veteri prouerbio. *Cæsar l 7. Bell. Gal.* Cùm leges duos ex vna familia viuo vtroq; non solùm magistratus creari vetarent, sed in Senatu esse prohiberent. *Terent: in Heaut.* Ea prohibet facere tua præsentia. *Cic: 7. Petr.* Prohibentur adire ad filios suos.

2. *Prohibeo tamen sæpe Accusatiuum recipit cum Ablatiuo tum sine præpositione, tum cum præpositione. Cic: Att: lib. 4.* Qui erant mecum, facilè operas adiuti prohibuerunt. *Cæsar: lib. de bello ciuili.* Hos omnes productos à contumelijs militum conuitijsque prohiberet.

Quartus ordo Actiuorum, Geminus Accusatiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Actiua post se duos accusandi casus, admittunt. Cic: Treb. lib. 5. *Silij causam te docui.* Idem pro Dom. *Num à te ipso instituta me frumentum flagitabunt,*

Doceo,	ces,	cui,	ctum,	*Vczyć.*

Cum compositis, edoceo, dedoceo, perdoceo, &c.

Celo,	las,	laui,	latum,	*Taić.*
Flagito,	as,	aui,	atum,	*Vsilnie żądać.*
Interrogo,	as,	aui,	atum,	*Pytać.*

Moneo,

Moneo,	nes,	nui,	nitum.	*Nápominác.*
Poſco,	ſcis,	popoſci,		*Zadác.*
Rogo,	gas,	gaui,	gatum,	*Proſić.*

APPENDIX I. generis. P. M. C.

1. Dic mus etiam Moneo, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio, te de hac re. id eſt Commonefacio, certiorem facio Ciu. Attic. lib. 1. *Extremum eſt, vt te orem, cum Camillo communices, vt Terentiam moneatis de Teſtamento.* Idem de Orat. l. 2. *Vt de ſua quisque re me ipſe doceat.*

2. Interrogo, Celo, eandem præpoſitionem admittunt' Cic. Treb: lib. 7. *Baſſus noſter me de hoc libro celauit.* Idem in Part. *Sic ego te viciſſim iiſdem de rebus interrogem.*

3. Verbo Commoneo, non auſim geminum accuſatiuum dare, ſed accuſatiuum cum genitiuo, vel ablatiuo; vt ſupra dictum eſt.

4. Erudio, inſtituo, inſtruo, Imbuo, vt ſunt verba docendi, non tamen geminum accuſatiuum habent, ſed ablatiuum cum accuſatiuo Cic. Lent: lib. 2. *Lentulum noſtrum cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tùm inprimis imitatione tui fac erudias* Idem pro Deiotaro. *Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat.*

5. Flagito quoque Peto, Poſco, Rogo, & alia eiusdem generis ſæpè ad Coniunctiuum pertinent. Cic 3. Phil. *Vt primum liberè Senatus haberi potuit, ſemper flagitaui, vt conuocaremur.*

APPENDIX II. generis. P.S.C.

1. Peto cum duobus accuſatiuis nondum, quod meminerim; apud veteres inueni; nam quod Plin. lib 4. *Petere iura cordubam.* dixit figuratum eſt, vt etiam *Petere Indos*, pro *ab Indis.* lib. 12. cap. 7.

2. Erudio apud Poëtas, duos accuſatiuos admittit: Stat. Thebaid, 12. *Et quæ te leges præceptaq; fortia belli erudiit*

erudijt genitrix, nimium didicisse queretur. Sic Ouidius aliquoties.

3. Prisci dicebant, exigo pecunias, portorium. Quare videntur etiam dixisse, exigo te pecuniam, portorium? quæ sæculum eruditius reiecit. Vide A. Gel. l. 15. cap: 14.

Quintus ordo Actiuorum, Ablatiuus præter Accusatiuum. P. S. O. I. C.

QVædam verba actiua ablatiuum, præter accusatiuum sibi adsciscunt. ea fere sunt, vestiendi, implendi, onerandi, liberandi, & his contraria: multa præterea priuandi. Cic: de Nat-Deo. lib. 3. *Oculos natura membranis tenuissimis vestiuit & sepsit* Ibid. *Diligentius vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.*

Vestiendi & Contraria.

Vestio	stis,	iui,	itum.	*Odźiewáć*
Induo,	uis,	ui,	utum.	

Amicio, Calceo, Cingo, Orno, Tero.

Exuo,	is,	ui,	utum.	*Złupić.*
Nudo,	das,	aui,	atum,	*Obnáżyć.*
Spolio,	as,	aui,	atum.	

Implendi & contraria.

Compleo,	es,	eui,	etum.	
Impleo,	es,	eui,	etum.	*Nápełnić.*

Cum cæteris compositis, expleo, repleo, &c. cumulo, refercio, sartio, satio, saturo.

Onerandi & contraria.

Exonero.	as,	aui,	atum,	*Ciężar złożyć.*
Leuo,	uas,	aui,	atum,	*Vlżyć.*
Onero,	as,	aui,	atum,	*Obciążyć.*

Liberandi & Contraria.

Opprimo,	mis,	essi,	essum.	*Záttumić.*
Expedio,	dis,	iui,	itum.	*Wypráwiáć.*

Soluo

Soluo, vis, vi, ſolutum. *Rozwiązáć.*

Afficio, alligo, aſtringo, impedio, implico, obligo. Cic: pro Mil. *Milo Pop: Rom: maximâ lætitiâ affecit.*

Priuandi.

Fraudo, as, aui, atum. *Zdrádzáć.*
Prohibeo, bes, bui, bitum. *Bronić.*

Addico, euerto, orbo. Cic: in Ver: lib: 3. *Ne per ſummam iniuriam, pupillum Iunium fortunis patrijs conetur euertere.*

SCHOLION. P. M.

1. Soluo cum de pecunia ſermo eſt, præter accuſatiuum ſignificantem pretium, ablatiuum rei poſtulat cum præpoſitione *pro.* Cic. 5. Ver. *Pro frumento nihil ſolui omninò.* Cæſ. lib. 1. de bel: Gal. *Militibus æquâ factâ æſtimatione; pecuniam pro his rebus ſoluit.* Sæpè alteruter caſus deſideratur. Cic: Attic: lib: 1. *Miſimus qui pro vectura ſolueret.* Idem pro Fl. *Is pecuniam præſentem non debitam mulieri ſoluet.*

APPENDIX P. M.

1. Impleo etiam genitiuum admittit. Cicero ad Pætum lib. 19. *Ollam denariorum implere.* Sed ablatiuus vſitatior eſt.

2. Dono, Impertio, Aſpergo, Augeo, datiuum vel ablatiuum ſine præpoſitione habet. Cic: pro Sex. Roſc. *Non paucâ ſuis adiutoribus largè effuſeq; donabat.* Idem pro Corn. *Eum Pompeius ciuitate donauit.* Cic: pro Clu. *Guttam aſpergit huic Balbo.* Idem pro Planc. *Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis illius?* Teren: Adelph. *Sed ceſſo heram hoc malo impertire propere.* Cic: de fin. lib. 5. *Vt aliquid ſuorum ſtudiorum Philoſophiæ quoque impertiat.* Idem 4. Ver. *Verumtamen dolorem ſuum nemini impertiebat.*

APPENDIX II. generis. P. 8.

1. Compleo apud Plautum cum genitiuo reperitur in

Menech. *Parasitus, qui me compleuit flagitij & formidinis* Sed non videtur facilè vsurpandum.

2. Verba vestiendi, nondum quod meminerim, legi apud veteres cùm duobus accusatiuis iuncta, voce actiua. Passiua quidem apud Historicos & Poëtas cum accusatiuo rei reperiuntur. Curt. lib. 10. *Itaque reuocatus, vestem patris eam ipsam, quæ in sella erat: induitur.* Virg. Æn. 2. *Deinde comantem Androgei galeam, clipeique insigne decorum induitur.* Verum Cicero verbis, Induo, & Exuo, voce actiua, vnum accusatiuum tribuit, Cic. Attic. lib. 14. *Quare talaria induamus.* Idem pro Leg. *Nonne omnem humanitatem exuisses?* Voce autem passiua ablatiuum. Attic lib. 1. *Vir indutus muliebri vestitu* Tusc. lib 1. *Mens exuta vitijs* Aliquando etiam datiuus additur, de Fin. lib. 2. *Ex eius spolijs sibi, & torquem,& cognomen induit.* Ouid. Met. lib 2. *Iam dudum vincula pugnat, Exuere ipsi sibi*; qui fortasse datiuus est communis.

Sextus ordo Actiuorum, Ablatiuus cum Præpositione A, vel Ab, præter Accusatiuum. P. S. O. I. C.

QVædam verba actiua, præter accusatiuum, ablatiuum cum præpositione A, vel Ab, postulant : ea ferè sunt, petendi, percontandi, auferendi, remouendi, abstinendi, accipiendi· Cicero Fin. libro 4. *Quid acta vita, quid studia tua à te flagitent, videbis* De Orat, lib. 2. *Quo facilius à te exigam quod peto, nihil tibi à me postulanti recusabo.*

Petendi, & percontandi.

Peto,	tis,	tiui,	titum.	*Prošić.*
Reposco,	scis,	repoposci.		*Odyskiwáć.*

Contendo, Exigo, Flagito, Postulo, Quæro.

Auferendi,

Abduco,

Abduco,	cis,	xi,	ctum,	*Odwodźić.*
Aufero,	fers,	abstuli,	ablatum.	*Odbieráć.*

Abripio, Abstraho, Auello, Auoco.

Remouendi.

Abstereo,	es,	rui,	ritum,	*Odstraßáć.*
Detero,	es,	rui,	ritum,	*Stráßyć.*
Remoueo,	es,	ui,	otum.	*Odprzątáć.*

Amoueo, Arceo, Auerto, Repello.

Coercendi.

Cohibeo,	bes,	bui,	bitum,	*Powśćiągáć.*
Contineo,	nes,	nui,	entum,	*Záwśćiągáć.*

Accipiendi.

Accipio,	pis,	cepi,	ceptum,	*Bráć.*
Audio,	dis,	diui,	ditum.	*Słyßeć.*

Colligo, Conduco, Emo, Fero, Reporto, Sumo.

Appendix I. generis P. M. C.

1. Intelligendi verba: *Intelligo, cognosco, agnosco, coniicio, disco*, Præpositionem *Ex* recipiunt. Cic: Cælio. *Ea certissima putabo, quæ ex te cognouero.* Quæ interdum imitantur alij. Vatin: Cicero epist: famil. lib. 5. *Quæro illud etiam ex te.* Idem de Senect. *Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta decidunt.* Maximè quæ ex præpositione *Ex*, componuntur: vt. *Expello, eiicio, eripio* Cic: pro Milone. *Ex vrbe expelli, exterminari, eiici.*

2. Quædam modò datiuum, modò ablatiuum cum præpositione habent, præter accusatiuum: vt, *Surripio, eripio, aufero.* Cicero pro Domit. *Clodius pecunias consulares à Senatu abstulit.* Idem in Verrem lib. 1. *Id tu mihi eripuisti atque abstulisti.*

3. Verba petendi, & percontandi, quanquam nonnulla duos accusativos admittunt; vt supra diximus: ta-

men non statim existimabimus, si quæ verba, præter proprium accusatiuum, hos quoq; admittunt. *Hoc, illud, istud, id, idem, quid, quod, aliquid, nihil, multa, vnum*: atq; cæteros id genus; posse etiam quosuis alios admittere: nam his multò liberius quam cæteris, veteres vtuntur: Terent: Heaut. *Ego domi ero, si quid me voles.* Cic: Attic: lib. 6: *Non quo me aliquid iuuare posses.* Teren Eun. *Id amabo adiuua me.* Cic: Attic: lib. 7. *Nec te id consulo.* Id. in Cat. Orat. 1. *Sin tu quod iam dudum te hortor, exieris.*

4. Oro, exoro, obsecro, post accusatiuum personæ; ferè subiunctiuum postulant. Cic: de Orat. lib. 2. *Frater exorauit me ipsum, vt huc venirem.*

5. Verba opto, precor, posco, & similia, præter accusatiuum admittunt datiuum. Cic: in Pisc. *Optare insaniam alicui.* Idem de amic: *Precare amicis ab indigno.* Idem pro Sext Rosc. *Audaciæ partes Roscij sibi poposcerunt*, vel Ablatiuum cum præpositione *A*, vel *Ab*, Cic: de Nat. *Stultia est à quibus bona precamur, ab ijs dantibus nolle sumere.* Idem Attic. *Non debebam ego abs te literas poscere.*

6. Quædam verba huius Ordinis præpositionem *De*; admittunt. Cicero pro Cor. *Audiui hoc de Parente meo puer.* Ita *emerere de Sylla, &c.* pro *à Sylla.*

SCHOLION. P. M. C.

1 Verbum Flagito, etsi frequenter ad quartum ordinem spectat, & cum duobus accusatiuis iungitur, sæpè tamen cum accusatiuo & ablatiuo cum præpositione ponitur. Cic: lib. 7. in Verr. *Flagitat abs te filium.*

2. Abstineo, etsi neutrum iure videri potest, hic tamen vel in proximo ordine ponitur à plerisq; quod actionem quandam contineat: & modo præpositionem *A*, vel *Ab*, adsciscat, modo æquè eleganter eandem respuat. Cic: 2. de Fin. *Ne malum habeat, abstinet se ab iniuria.* Id. 4. Acad. *A quibus tunc iam quidem te abstinebis.* Idem 7. Epist: *Qui me ostre-*

me ostreis & murænis facilè abstinebam. Sæpè tamen absolute sumitur. Liu: lib. 1. *Vrbe valida muris ac situ ipso munita abstinuit.*

DE CONSTRVCTIONE VERBI PASSIVI.

CAPVT III.

P. S. O. I. C.

VErbum Passiuum, ablatiuum cum *A*, vel *Ab*, postulat post se; qui ex nominatiuo verbi actiui fit ante se nominatiuum, qui fiet ex accusatiuo. Cicer: ad Cæcin. *Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè.* Idem 2. Phil *Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi post se videatur.*

2. Quare cum actiua passiuis permutantur, accusatiuus in nominatiuum migrat, nominatiuus in ablatiuum cum præpositione *A*, vel *Ab*, vt *Legi librum tuum: Liber tuus lectus est à me.* Cæteri casus integri manent.

3. Cùm ablatiuus est rei inanimatæ, ferè præpositio supprimitur. Cic: 2. Tusc. *Sæpè enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.*

Primi Ordinis.

Amor,	aris,	atus sum.	*Być miłowánym.*
Diligor,	geris,	ectus sum.	
Legor,	geris,	ectus sum.	*Być czytánym, zbieránym.*

Secundi Ordinis.

Absoluor,	eris,	lutus sum.	*Być rozwiązánym.*
Accusor,	aris,	atus sum.	*Być oskárżonym.*
Damnor,	aris,	atus sum.	*Być zdánym ná śmierć.*

Cicero pro Clu. *Maiestatis absoluti sunt multi.*

Tertij Ordinis.

Adhi-

Adhibeor,	eris,	bitus ſum	*Być vżywánym do czego,*
Tribuor,	eris,	utus ſum,	*Być dánym.*
Concedor,	eris,	eſſus ſum,	*Być pozwolonym.*

Cic: de Oct: *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.*

Quarti Ordinis.

Doceor,	eris,	ctus ſum,	*Być vczonym.*
Flagitor,	aris,	atus ſum,	*Być proſʒonym.*
Moneor,	eris,	nitus ſum,	*Być nápominanym.*

Cæſ: de Bello Ciu. lib. 1. *Petreius atq́; Afranius dum ſtipendium à legionibus pène ſeditione facta flagitarentur.*

Appendix I. generis P. O. I. S. C.

Vbi verbum geminum accuſatiuum poſtulat; is mutatur in nominatiuum; qui præſtantior eſt, hoc eſt, qui perſonam ſignificat, altero permanente: vt *Doceo Antonium literas, Antonius docetur à me literas.*

Quinti Ordinis:

Exuor,	eris,	utus ſum,	*Być zwleczonym,*
Induor,	eris,	utus ſum,	*Być przyodźianym.*
Priuor,	aris,	atus ſum,	*Być oſtradánym.*

Cicero, pro Rab. poſt. *Dimetrius, aſpice ad corpus admota: vita priuatus eſt.*

Sexti Ordinis.

Audior,	iris,	ditus ſum,	*Być ſłyſʒánym,*
Emor	eris,	emptus ſum,	*Być kupionym,*
Quæror,	reris,	ſitus ſum,	*Być ſʒukanym.*

Appendix P. M. C.

1. Cùm verbum poſt Accuſatiuum admittit ablatiuum perſonæ, ſi Actiua Paſſiuis, permutantur, perturbatur ſenſus: vt *Auſero à te veſtem: veſtis auſertur à te. Accipio à te literas: Literæ accipiuntur à me à te.* Ideo faciendum eſt, vt ambiguitas vitetur: ſic: *Veſtis auſertur à me tibi*

Literæ

teræ tuæ, accipiuntur à me. Quod tamen in his fermè verbis potissimùm obseruandum videtur. *Accipio, aufero, eripio, surripio;* & huiusmodi.

2. Verba Passiua, nonnunquam dandi casum pro auferendi, more Græcorum admittunt. Cic. de claris Orat. *Auditus est nobis Lælij Caij filij sæpè sermo.* Idq; fermè apud Poëtas. Ouid: de Ponto lib: 3. *Cùm toties eadem dicam, vix audior vlli.*

3. Interdum Accusatiuum, addita Præpositione *Per.* Cicero Attic: lib: 1. *Id assequetur, si per Prætores, Consules creantur.*

DE CONSTRVCTIONE VERBI NEVTRIVS.

CAPVT IV.

P. S. O. I. C.

Primus ordo Neutrorum, vtrinque Nominandi casus.

OMne verbum Neutrum, præsertim verò Substantiuum, & absolutum, vtrinque Nominatiuum habere potest, cùm vtrumque nomen ad eandem rem pertinet. Ter. Phrom. *Senectus ipsa est morbus.* Cicero Attic. lib. 4. *Ego viuo miserrimus.*

Sum,	es,	fui.	*Być.*
Viuo,	uis,	xi, ctum.	*Zyć.*
Venio,	nis,	ni, entum.	*Przyiść.*

Ambulo, curro, eo, incedo, vado.

APPENDIX I. generis P. M. C.

1. Non solùm verba Neutra, sed omne verbum personale finiti modi, vtrinque nominatiuum habere potest. cùm vtrumq; nomen ad eandem rem pertinet. Cic. Off.

 lib. 3.

lib: 3. *Liber qui inscribitur Lælius.* Idem pro Corn. *Audiui hoc de parente meo puer.*

2. Huc præsertim pertinent verba, quæ vocatiua appellantur: cuiusmodi sunt, *appellor, vocor, nuncupor, nominor, dicor,* & si quæ sunt generis eiusdem: vt, *Feror* pro *dicor, & habeor, &c.* Cic de Orat. lib. 3. *Septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberentur, & vocarentur* Virg: Æneid: 1 *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam; Posthabita coluisse Samo.* Fertur hoc est dicitur coluisse, infinitum pro nominatiuo

3. Si duo illa nomina non sunt eiusdem numeri, aut personæ, verbum concordat cum eo nomine, quod est basis & quasi fundamentum orationis. Lucan. lib. 9. *Sanguis erant lacrymæ. Nota argenti fuêre bigæ atque quadrigæ.*

4. Etiam verbum personale infiniti modi post se nominatiuum poscit, cum res ad nominatiuum præcedentis verbi pertinet. Cicero de Nat. Deor. lib. 1. *Nolo esse longior.* Terent. Adelph. *Meditor esse affabilis.*

5. Id frequentissimum est in verbo videor. Cicero de Clar. Orat. *Videor iam te ausurus esse appellare.* De Fin: lib. 5. *Hostiliam dico non hanc nouam quæ mihi minor esse videtur postea quam est maior.* Verbum enim videor ferè post se Nominatiuum eiusdem numeri & personæ, aut loco eius Infinitum vel membrũ orationis postulat. Cic. de Amic: *Quo in genere sperare videor* Idem Tiron: lib: 16, *Si videris tibi me posse consequi:* vbi pronomen *me,* ad vocem *consequi,* refertur, non ad videris. Offic: lib: 1, *Induxit eam quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam.* Quint: lib. 9. cap. 9. *Reus parricidij damnatum iri videbitur.* In quibus exemplis infinitus, vel membrum orationis loco nominatiui ponitur, *sperare,* pro *sperans; posse,* pro *potens; damnatum iri,* pro *damnandus.*

6. Inter-

6. Interdum videtur impersonaliter vsurpari Cic: pro Rabir. *Fit senatus consultum, vt consules adhiberent tribunos plebis quos eis videretur.* Deest, *esse adhibendos.* Aut certe deest infinitum cum casu, loco nominatiui: vt, *æquum vel opportunum adhibere.* aut aliquid eiusmodi. Cic: de Senect. *Nunc autem mihi visum est ad te scribere.* hoc est, *Placuit.* Interdum etiam membrum orationis, vt supa cap. 1. dictum est, partes agit Nominatiui, Lel Cic: lib. 8 *Visum est vt te facerem certiorem.*

7. Si accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est. Cicer. in Catil: Orat. 1. *Cupio, Patres conscripti, me esse clementem.* Curtius etiam dixit lib: 8. *Octoginta talenta constituit daturum,* pro *se daturum.* quod non temerè videtur à tyronibus imitandum.

Appendix II. generis. P. S. C.

1. Verba, Puto, Aio, Refero; & alia eiusdem significationis interdum apud Poëtas, nominatiuum habent post se infinitum verbi substantiui Lucan lib. 9. *Tutumque putauit, Iam bonus esse socer.* Catul: Epist: 13. *Ait fuisse nauium celerrimus.* Ouid: lib 3. Met. *Sed enim quia retulit Aiax esse Iouis pronepos.* Orator dixisset. *Sed bonum esse socerum.* & cætera eodem modo.

Secundus ordo Neutrorum. Genitiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Neutra post se Genitiuum postulant. Cic: ad Cæl. *Iam me Pompeij totum esse scis.* Ter. Heaut. *Clinia rerum suarum satagit*

Cicero Attic. lib. 2. *Egeo consilij.* Idem in Ant. Phil. 7. *Hoc bellum indiget celeritatis.*

Egeo,	ges	gui.	*Potrzebowáć.*
Indigeo,	ges,	gui.	
Memini,	isti.		*Pámiętáć.*
Satago,	gis,		*Vśiłowáć z wielkim ſtárániem.*

 Sum.

Sum,	es,	fui.	*Być.*

Appendix P. M. C.

1. Memini pro Recordor, tum genitiuum, tum accusatiuum postulat Cic: de Senect. *Omnia quæ curant senes, meminerunt.* Terent: Eun. *Faciam vt mei semper memineris.*

2. Pro mentionem facio, cum genitiuo vel ablatiuo, & Præpositione De, iungitur. Quin: lib. 11. *Neque omninò huius rei meminit vsquam Poëta.* Idem ibid. *De quibus multi meminerunt.*

Tertius ordo Neutrorum, Datiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Neutra, post se dandi casum postulant: ea ferè sunt, quæ auxilium, commodum, incommodum, fauorem, studium significant. Datiuo item adhæret verbum Sum, cùm habere significat, & eius composita. Multa præterea quæ obsequium, & obedientiam, submissionem, repugnantiam significant; multa denique composita ex verbis Neutris, & Præpositionibus: Ad, Ante, Con, In, Inter, Ob, Præ, Sub. Cicero in Verr. lib: 6. *Homini iam perdito & collum in laqueum inferenti subuenisti.* Liuius 5. ad vrb. *Huius orationi Seruius, cùm interuenisset.*

Adsum,	ades,	adfui.	*Obecnym być.*
Assurgo,	gis,	rexi, rectum.	*Powstáć.*
Consulo,	lis,	lui, ultum.	*Opátrowáć, rádźić.*
)ebeo,	es,	bui, itum.	*Być powinien.*
'aueo,	ues,	ui, fautum.	*Być łáskáwym.*
mpendeo,	des,	pendi.	*Nád ßyią wiśieć.*
commodo,	das,	daui, datum.	*Przeßkádźić.*
ndulgeo,	es,	lsi, ltum.	*Pozwaláć.*
hsto,	stas,	stiti, statum.	*Przećiwić się.*
.edio,	dis,	iui, itum.	

Obtem-

Obtempero,	as,	aui,	atum.	*Być posłusznym.*
Pareo,	res,	ui.		
Seruio,	uis,	uiui,	uitum.	*Służyć.*
Studeo,	des,	dui.		*Vczyć się.*
Subuenio,	nis,	ni,	entum.	*Wspomagáć.*

Multa sunt verba, quæ locis communibus comprehendi nequeunt. Ideò visum est non inutile, neutra quàm plurima quæ Datiuum admittunt, literarum ordine recensere, non vt memoriæ mandentur, sed vt crebrius legantur.

Acclamo, Accumbo, Accubo, Accresco, Accedo, tibi & tuæ sententiæ, id est Assentior: *Accedit hoc meũ malũ*, pro *Additur*, Adsum, Adhæreo, Adheresco, Adlaboro, Adequito, Adno, Adnato, Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteeo, Antesto, Appareo, Applaudo, Appropinquo, Arrideo, Assisto, Assideo, Asuesco, Assurgo, Asseuero, Ausculto, *pro* Obedio. Benecupio, Benedico, Benefacio, Benignefacio, Beneuolo. Caueo, Consulo, *pro* Prospicio, Confido, Consentio, Consuesco, Commodo, *pro* Prosum, Cedo, *pro* locum do. Detraho, Despero, Deseruio, Desum, Displiceo, Dissentio, Diffido. Fido Faueo. Hæreo. Illudo, Indulgeo, Insum, Insulto, Inhio, Incumbo, *pro* Innitor, Inseruio, Insusuro, Insisto, Ignosco, Illachrimo, Incommodo, Indormio, Incubo, Illucesco, Impono, *pro* Decipio, Impendeo, Immineo, Inhæreo, Ingemisco, Inuideo, Innuo Insuesco Insideo Interuenio, Interiaceo, Intersum, Intercedo, *id est*, Oppono, me vt impediam, Interdico, *pro* Repugno, Maledico, Maleuolo, Metuo amice, in bonam partem: vt *Tibi metuo* hoc est, ne quid tibi eueniat incommodi Nubo, Noceo, Obequito, Obsecundo, Obsum, Obsto, Obsisto, Obrepo, Occurro, Occurso, Officio. Placeo, Parco, Præsto, *pro* Antecello, Præsum, Præcurro, Præeo Præcello, Præiaceo Præluceo, Præsideo, Præuideo, Prospi-

cio tibi, *id est*; Consulto tibi Prosum Recipio tibi *id est*, Promitto, Reclamo, Repugno, Resisto, Respondeo, *etiam pro* Satisfacio. Subiaceo: Succurro, Succedo, Sucresco, Succlamo, Suboleo, Subrepo, Succumbo, Subsum, Subseruio, Subscribo, Sufficio, *id est*, par sum, Seruio, Supersum, Satisfacio, Studeo, Supplico, Timeo, amicè Tempero.

APPENDIX P. M. C.

1. Sum modo datiuum vnum habet. Cic: Attic. lib. 3. *Sed nuntiant melius esse rei.* modo duos, Idem Attic: libro 3. *Respondeo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit.*

2. Incumbo cum ad studium refertur, accusatiuum, cum præpositione *In* vel *Ad*, postulat. Cic: de Orat. 1. *Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem.*

3. Consulere alicui, non est consilium dare, sed prospicere. Cicero in Cacil: Orat. *Consulite vobis prospicite patriæ.* Consulere aliquem est consilium ab aliquo petere. Cicero in Verr. libro 4.

Nunc ego iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.

4. Antecedo, Antecello, Antesto: Anteeo, Anteuerto, Attendo, Præsto, Præcurro, Præeo, Illudo, dandi vel accusandi casum admittunt. Cicero de Fin lib. 4. *Virtus tantum præstat cæteris rebus, vt dici vix possit*: Liuius bell: Maced: lib. 8. *Robore nauium, & virtute militum Romani Rhodios præstabant.* Vsitatius tamen horum nonnulla datiuo iunguntur: vt Antecello, Præsto, Illudo.

5. Interdico singulare est: nam præter datiuum, ablatiuum habet. Cæs. Bel: Gal. libro 1. *Cæsar posteaquàm in vulgus initum relatum est, qua arrogantia in colloquio. Ariouistus*

ouiſtus vſus, omni Galliæ & Romanis interdixiſſet, &c. Interdum accuſatiuum, Liuius Bell. Maced. lib. 4. *Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdiximus.*

6. Quædam præterea datiuum ſimul & accuſatiuum admittunt: vt *Metuo tibi calamitatem, Inuideo tibi laudem.* Cicero Tuſculan. lib. 1. *Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur.* Inſuper & ablatiuum cum præpoſitione, *A*, vel *Ab*, Aut. ad Herent. lib. 1. *Ab inimico ſibi periculum metuebat.* Tale eſt & Timeo.

APPENDIX II. generis P. S. C.

1. Vaco, id eſt operam do, vix vſurpandum videtur, nam vacare apud elegantes ſcriptores, ferè eſt vacuum eſſe, & ablatiuo iungitur. Cic Offic: lib. 1. *Nulla vitæ pars vacare officio poteſt.* Nam locus ille ex tertio de Orat. (*Athenis iam diu doctrina ipſorum Athenienſium interijt, domicilium tantùm in ea vrbe remaneat ſtudiorum: quibus vacant ciues, peregrini vtuntur*) à nobis eſt. *Quibus* enim vt locus ipſe declarat, Ablatiuus eſt: & *Vacat*, vacuum eſſe ſignificat, opponitur enim *fruuntur*, Primo autem de Di, *Ego vero Philoſophiæ, Quinte ſemper vaco: Philoſophiæ*, datiuus eſt communis atq; ita dixit. *Philoſophiæ vaco*, ac ſi dixiſſet. *Philoſophiæ cauſa vacuus ſum*, quod verba quæ proximè antecedunt, indicant *Ita tamen ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni præuertendum putes.*

2. Deſpero cum accuſatiuo iungitur. Cæſ. Bel. Gal. lib. 1: *Deſperare fugam*, & cum datiuo. Cicero in Piſo. *Quidquid tu toties diffidens, ac deſperans rebus tuis.* Allatro Præcedo, Anteuenio, Deficio, frequentiſſimè cum Accuſatiuo iunguntur, raro cum Datiuo. Inſultó frequenter datiuo iungitur, rarius accuſatiuo. Nubo non ſolum datiuum, ſed etiam ablatiuum cum præpoſitione *cum* poſtulat. Cic: Cat: lib. 15. *Qui cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror.*

3. Ad-

3. Aduigilo, Pugno, Bello, Certo, Contendo, Concurro, Colludo, Dissideo tibi inuigilo, Occumbo morti; & alia eiusmodi Poëtica sunt Ver: Buc. Eccl. 5. *Montibus in vostris solus tibi certet Amyntas.*

Quartus ordo Neutrorum, Accusatiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba neutra post se accusatiuum postulant. Ea ferè ad res mutas pertinent: vt Aro terram; vel sunt ea verba, quibus res verbi additur: vt, Vitam aut mensura: vt Curro stadium. Alia præterea verba huc reuocantur. Terent: Adelph: *Ego illius sensum pulchrè calleo.*

Quæ ad res mutas pertinent.

Aro,	as,	aui,	atum.	*Oráć.*
Puto,	as,	aui,	atum,	*Obćináć.*
Rigo,	as,	aui,	atum,	*Kropić polewáć.*
Sero,	ris,	seui,	satum.	*Siać.*

Ablaqueo, Meto, Occo, Pastino, Planto, Vindemo.

Verba quibus res verbi additur.

Curro,	ris,	cucurri,	cursum,	*Bieżeć wskok.*
Pugno,	as,	aui,	atum,	*Walczyć.*
Seruio,	uis,	uiui,	itum,	*Służyć.*
Viuo,	xi,	ctum,		*Zyć.*

Alia verba.

Calleo,	lles,	llui,		*Być biegłym.*
Exhalo,	as,	aui	atum.	*Wietrzeć.*

Cœpi, Horreo, Perhorresco, Memini, Obstupesco, Odi.

SCHOLION. P. S. O. I. C.

Abhorreo, tametsi compositum ab horreo ferè ablatiuo cum præpositione iungitur, Cic. Mario, lib. 7. *Cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret* Ergo ad sextum potiùs neutrorum ordinem pertinebit, etsi est in transitiuum.

Quin-

Quintus ordo Neutrorum, Ablatiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Neutra post se Ablatiuum petunt. Eiusmodi est ſum, cùm laudem aut vituperationem ſignificat, & nonnulla alia. Cicero Lent. lib. 2. *Tu ſac animo ſorti magnoq́ ſis.* Et ad Qu. Fr. lib. 3 *Incredibile eſt mi frater, quam egeam tempore.* Cæſ. Bel. Ciu. *Lacte & carne viuunt.*

Careo,	res,	rui,	ritum.	*Nie mieć.*
Doleo,	les,	lui,	litum.	*Boleć.*
Egeo,	ges,	gui,		*Potrzebowáć.*
Gaudeo,	des,	uiſus ſum		*Rádowáć ſię.*
Indigeo,	ges,	gui.		
Mœreo,	res,			*Smęćić ſię.*
Viuo,	uis,	xi,	ctum.	*Zyć.*

Conſto, Fluo, Laboro, Madeo, Mano, Redundo, Scateo, Sudo. Sic affluo, Diffluo, Circumfluo. Cicero de Diu: *Herculis ſimulacrum ſudore manauit.* Idem ibid. *Quid, quod fluuius atratus ſanguine fluxit?* Idem pro lege Manil. *Teſtis eſt Africa, quæ magnis oppreſſa hoſtium copijs, eorum ipſorum ſanguine redundauit.* Plin. lib. 4. cap. 20 *arborum ſucco manantium, picem reſinamq́, aliæ ortæ in oriente, aliæ in Europa ferunt.*

SCHOLION P. S. O. I. C.

1. Quædam tamen ex his etiam aliter plerumque efferuntur, vt ad communem conſtructionem verborum referri queant: vt ſi in allatis locis vertas ablatiuum in rectum, & viciſſim rectum in ablatiuum cum præpoſitione, hoc modo: *Sudor ex Herculis ſimulacro manauit. Atratus ſanguis ex fluuio fluxit.* Sic Cicero ſæpè, vt de Nat. Deor. lib. 1. *Multaq́ à luna manant, & fluunt.* Idem Philip. 12. *Fluent arma de manibus.* Idem pro Sylla. *Si ex*

hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redundabit. Idem de Senect. *Ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio.*

2. Huc reuocandum censent quidam verbum, Abstineo, cùm absolutè ponitur. At si præpositio addatur, ad proximum ordinem pertinebit.

Appendix I. generis. P. M. C.

1. Sum interdum genitiuum habet etiam, cum laus vel vituperatio significatur. Cic. pro Sext. *Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilij, fuisse confiteor.*

2. Egeo, indigeo, etiam casum interrogandi admittunt: vt supra dictum est.

3. Neutra sæpè ablatiuum admittunt significantem partem. Cicero de Orat lib 2. *In me ipso sæpissimè experior, vt exalbescam in principijs dicendi, & tota mente, atque artubus contremiscam.*

Appendix II. generis. P. S. C.

1. Hoc genere loquendi frequentius vtuntur Poëtæ. Horat. Epist. lib. 1. *Animoq; & corpore torpet.* Iidem ablatiuum in accusatiuum mutant. Hor. Satyr. lib. 1. *Tremis ossa pauore.* Qua in re Græcos imitantur.

2. In verbo Sum, non semper quæ ablatiuo efferuntur genitiuo efferri possunt, eiusmodi ea sunt: Animo bono, virili, præsenti; vacuo esse. Item illa: Capite, supercilijs semper est rasus. Mira sum alacritate ad litigandum, &c. Alia contra genitiuo potiùs, quàm ablatiuo efferuntur. Ter: And. *Nullius consilij sum.* Suet: in Augur *Cibi minimi erat, ac ferè vulgaris.*

3 Roro, sono, sudo, interdum accusatiuum recipiunt, maximè apud Poëtas. Virg: Æneid: *Vox hominem sonat.* Cicero pro Arch: *Poetis pingue quidam sonantibus.* Non tamen dicimus, *sono cytharam, sed cano cythara,* vt sit ablatiuus instrumenti.

4. Mœ-

4. Mœreo & doleo, interdum Accusatiuum admittunt. Cic: lib: 2. Epist. *Mœreo casum eiusmodi.* Idem lib: 14. *Illud doleo, &c.*

5. Consto, & Laboro, frequentissimè præpositionem ex, admittunt. Cic: Tusc: lib: 5. *Cùm constemus ex animo, & corpore*, quo modo ferè loquitur idem Cic: *Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, & id genus:* Tulliana sunt.

6. Pendere animis, numero multitudinis dixit Cic: Tuscul lib: 1. *Quod si expectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur.* Cùm verò singulari numero vtimur, genitiuo duntaxat locus est. Idem de Leg: *Ego animi pendere soleo.*

Sextus Ordo Neutrorum; Ablatiuus cum præpositione post verbum.

P. S. O. I. C.

QVædam verba Neutra, vt passionem significant, ita passiuorum more construuntur, quæ & neutro passiua dicuntur. Quint: l. 9. c. 2. *Ita testis in reum rogatus, an ab eo fustibus vapulasset.* Idem l. 12. c. 2. *Fabricius respondit à ciue se spoliari malle, quàm ab hostibus venire.*

Vapulo,	las,	laui,	latum.	*Być bitym.*
Veneo,	is,	iui,	itum.	*Być przedánym.*
Fio,	fis,	factus sum.		*Być czynionym.*

APPENDIX P. M. C.

1. Fio eleganter cum ablatiuo iungitur, sed aliâ significatione. Ter: Andr. *Nunc primum audio, quid illo factum sit.* Interdum additur præpositio. Cicero ad Attic: l. 2. *Quid de Clodio fiat.*

2. Participium Futurus, eodem sensu, eundem casum postulat. Cicero ad Pet: lib: 9. *Fac vt sciam, quid de nobis futurum sit.*

3. Iungitur etiam cum Datiuo. Cic in Ant. Philip. 2. *Vide, quæso Antoni, quid tibi futurum sit.*

4. Exulo, & Liceo, prætermisimus, quod nondum ea cum Ablatiuo personæ agẽtis legerimus. Verbum Facio; eodem modo vsurpatur à doctis, quo Fio. Cic. in Verr. lib. 3. *Quid tu huic homini facias.*

SCHOLION P. M. C.

Abhorreo, vt supra dictum est, huc fortasse referendum, tametsi passionem non videtur propriè significare.

DE CONSTRVCTIONE VERBI COMMVNIS.

CAPVT V.

P. S. O. I. C.

VIx fortasse reperiuntur hodie verba Communia, quæ etiam præsenti & imperfecto in vtramque partem vsurpentur. Participia præteriti tẽporis, ac verba, seu tempora, quæ inde nascuntur, vt supra in Rudimentis ostendimus, vsitatiora sunt, ea verò passiua significatione, passiuorum more sextum casum admittit. Liuius lib. 7. Decad. 4. *Omnis ora maritima, ab Achæis depopolata erat.* Actiua significatione, leges ferè actiuorum sequuntur.

Aggredior, eris. essus sum. *Záczynáć, náćieráć.* Cic. ad Nepot ex Prisc. lib. 8. *Hoc restiterat etiam, vt te fictis aggrederer donis.*

Hortor, aris, atus sum. *Nápominác.* Var. apud Prisc. *Ab amicis hortareris.*

Aspernor, aris, atus sum. *Gárdźić.*

Dimetior, iris, *Rozmierzáć.*

Dignor, aris, atus sum. *Raczyć.*

Cice-

Cic. ad Nepot. ex Prisc *Qui habet, vltro apetitur, qui eſt pauper aſpernatur.* Cic. de Iuvent. *Obſeruantia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur.* Quæ notanda videntur potiùs quàm imitanda. Itaque tyrones maximè præſenti tempore, & imperfecto à verbis Communibus, ſignificatione paſſiua, quod eius fieri poterit abſtinebunt.

APPENDIX I. generis, P. M. C.

Ergo illa Participia; *Dimenſus, populatus, expertus, meditatus,* liberiora ſunt. Cic. de Seneƈt. *A quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta.* Livius lib. 4. *Amicum ab ipſo per tot caſus expertum.* Ter. Phor. *Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda.*

DE CONSTRVCTIONE VERBI DEPONENTIS,

CAPVT VI.

Primus ordo Deponentium, Genitiuus poſt verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia, poſt ſe genitiuum caſum adſciſcunt. Cic. de Attic. *Qui miſereri mei debent non deſinunt invidere.*

Miſereor,	eris,	ertus ſum,	*Zmiłowáć ſię.*
Obliuiſcor,	eris,	oblitus ſum.	*Zápámiętáć.*
Potior,	tiris,	potitus ſum.	*Otrzymáć.*
Recordor,	aris,	atus ſum.	*Wſpomnieć.*
Reminiſcor,	aris.		

APPENDIX P. M. C.

1. *Obliuiſcor, Recordor, Reminiſcor*, etiam accuſatiuum poſtulant. Cic in Ant. *Omnia obliuiſcor, in gratiam redeo.*
2. *Miſereor*, nonnunquam dandi caſu effertur. *Miſereor*

tibi. Verumtamen vſurpandum non videtur.

SCHOLION P.M.C.

Potior, genitiuos quoſdam certos videtur admittere: vt Potior rerum, hoſtium regni; *alioqui frequentius ablatiuo gaudet, Accuſatiuus etiam additur à veteribus; id iam non videtur vſitatum.*

Sucundus Ordo Deponentium, Datiuus poſt verbum. P.S.O.I.C.

QVædam verba Deponentia poſt ſe datiuū exigunt. Ea ferè adulationem ſignificant, eaq; omnia, quæ verba neutra tertij ordinis. Cic: pro Sylla. *Ego verò quibus ornamentis adverſor tuis.* Idem lib: 2. in Verr. *Et voce maxima victoriam gratulatur.*

Adulor,	aris,	atus ſum.	*Pochlebowáć.*
Aſſentor,	aris,	atus ſum.	
Aſſentior,	tiris,	enſus ſum.	*Zezwaláć.*
Auxilior,	aris,	atus ſum.	*Dopomoc.*
Blandior,	diris,	ditus ſum	*Mowić łágodnie.*
Gratulor,	laris,	latus ſum.	*Winſowáć.*
Gratificor,	aris,	atus ſum.	*Záchowáć ſie.*

Imitor, iraſcor, medeor, moderor, obſequor, præſtolor. Moderor, tamen etiam ad ſequentem ordinem ſpectat.

APPENDIX P.M.C.

1. *Præſtolor, Adulor, Meditor,* etiam Accuſatiuum iunguntur. Ter: Eun. *Quem præſtolare, hic Parmeno?* Cicero in Piſon. *Sine vlla ſpecie conſulari, horrentem, trementem adulantem omnes videre te volui: vidi.* Plaut: Moſt. *Ego iſtum lapide medicabor, metum.* Atqui verbum *Medicor,* priſcum iam cenſeri poteſt.

2 *Indignor* etiam cum Accuſatiuo rei iungitur. Quintil: lib: 2. *Quidam indignantur imperia.*

3. Gratulor tibi in hac re, vel de hac re. Cice: lib: 1. Epistol. *Quod mihi de filia gratuleris.* Idem lib: 6. *Qua in re tibi gratulor.*

4. Multi verò, *Dominor*, dandi casum tribuunt; in locis tamen qui efferuntur, casus non proprius, sed communis videtur. Itaque malim vti ablatiuo cum præpositione, *In*, cùm ad locum refertur, quod frequentissimum est apud bonos scriptores. Cic: pro Cell. *Denique nimia ista quæ dominantur in ciuitate potentia*: aut accusatiuo cum eadem præpositione, cùm ad personas pertinet. Idem de Senect. *Senectus honesta est, si vsque ad extremum dominatur in suos.*

Tertius ordo Deponentium, Accusatiuus post verbum, P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia post se accusandi casum postulant. Cic: Attic: lib: 9. *Hi quidem mera scelera, loquuntur.* Cæs. lib. 1. Bell Gall. *Non minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator, meritus esse videbatur.* Cic: lib: 3. de Natur Deor. *Versat cœlum* DEVS, *terram tuetur, maria moderatur.*

Abominor,	aris,	atus sum.	*Brzydźić się.*
Adipiscor,	eris,	eptus sum.	*Dostápić.*
Adorior,	iris,	ortus sum.	*Rzućic się ná kogo.*
Admiror,	aris,	atus sum.	*Zádźiwić się.*
Alloquor,	eris,	utus sum.	*Mowić do kogo.*
Assequor,	eris,	utus sum.	*Dośćignąć.*
Imitor,	aris,	atus sum.	*Náśládowáć.*
Mereor,	eris,	itus sum.	*Zásłużyć.*
Moderor,	aris,	atus sum.	*Miárkowáć.*

Adversor, Calumnior, Comitor, Consolor, Consequor, Cohortor, Consecror, Demolior, Deprecor, Execror, Experior, Exequor, Fateor, Fabricor, Hortor, Iaculor,

culor, Inficior, Insequor, Insector, Intuor, Lamentor, Lætor, Loquor, Machinor, Mentior, *pro* Imitor, Metior, Misereor, Molior, Moror, Nanciscor, Obtestor, Opperior, Ordior, Patior, Periclitor, *hoc est*, Experior, Persequor, Rimor, Recordor, Reminiscor, Remoror, Reor, Servor, Sequor, Solor, Suspicor, Testor, Testificor, Tutor, Tueor, Veneror, Vereor, *hoc est*, colo *vel* observo, vlciscor.

APPENDIX P. M. C.

Mereri bene vel male de aliquo, est ei commodare vel incommodare. Cicero ad Lent. lib. 2. *Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.* Idē pro Milone. *Male aliquando de me meriti sed optimè.* Idem lib. 1. de fin. *Malè, credo, mereor de meis ciuibus.*

SCHOLION. P. M. C.

Precor, etiam cum Ablatiuo iungitur. Cic. pro Mur. *Quæ precatus sum à Dijs immortalibus.* Idem de Amic. *Precari ab indigno;* vt suprà dictum est, fol. 18. § 4.

Quartus ordo Deponentium, Accusatiuus cum Datiuo post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia, præter Accusatiuum, Datiuum poscunt. Cic. Phil. 12. *Gratia tendit dexteram Italiæ, suumq́ ei præsidium pollicetur.*

Gratulor.	aris,	atus sum.	*Winszowáć.*
Largior,	iris,	itus sum.	*Dárowáć.*
Minitor,	aris,	atus sum.	*Grozywáć.*
Minor,	aris,	atus sum.	*Grożić.*
Polliceor,	eris,	itus sum.	*Obiecowáć.*

Confiteor, Fæneror, Furor, Impertior.

APPENDIX P. M. C.

Furor etiam Ablatiuum cum præpositione *A*, vel *Ab*, recipi.. Cic. Attic. l. 2. *Furaturum me abs te esse diceres.*

Quin-

Quintus ordo Deponentiũ, Accusatiuus cum Ablatiuo post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia, præter Accusatiuum, Ablatiuum postulant sine præpositione. Virgil Æneid. 1. *Haud equidem tali me dignor honore.*

Dignor,	aris,	atus sum.	*Raczyć.*
Muneror,	aris,	atus sum.	*Dárowáć.*
Prosequor,	eris,	utus sum.	*Szánowáć.*
Remuneror,	aris,	atus sum.	*Oddárowáć.*

Cicero Var. lib. 9. *Vt possem te remunerari quàm simillimo munere.*

Sextus ordo Deponentium, Ablatiuus cum Præpositione præter Accusatiuum post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia, præter Accusatiuum, Ablatiuum cum Præpositione *A*, vel *Ab*, postulant. Cicero pro Sylla. *Quàm multorum hic vitam est à L. Sylla deprecatus?*

Deprecor,	aris,	atus sum.	*Odpraßáć.*
Mercor,	aris,	atus sum.	*Kupczyć, hándlowáć.*
Mutuor,	aris,	atus sum.	*Ɫożyczáć.*
Percontor,	taris,	atus sum.	*Wywiádowáć się.*
Sciscitor,	taris,	atus sum.	*Bádáć się.*

Cicero in Verrem. *Iam qui tot scelera commisit, in nullam à sese calamitatem poterit deprecari.*

APPENDIX P. M. C.

1. Percontor, & Sciscitor, etiam Ablatiuum cum præpositione, *Ex*, admittunt. Cicero de Nat. Deor. 1. *Epicuri ex Velleio, sciscitabar sententiam.* Idem de Clar. Orat. *Cùm Theophrastus percontaretur ex anicula, quanti illud venderet.*

2. Percontor, interdum præter accusatiuum personæ,

Ablatiuus rei cum præpositione *De*, eleganter admittit. Cicero in Somn: Scip. *Ego illum de suo regno, ille me de nostra Republica percontatus est.*

Septimus ordo Deponentium, Ablatiuus post verbum. P. S. O. I. C.

QVædam verba Deponentia post se Ablatiuum postulant. Cic. pro Sext: Rosc. *Commoda quibus vtimur, lucem quâ fruimur, spiritum quem ducimus. à Deo nobis dari atque imperriri videmus.*

Abutor,	eris,	vsus sum.	*Ná zle vżywáć.*
Fruor,	eris,	itus sum.	*Záżyć.*
Lætor,	taris	tatus sum.	*Rádowáć się.*
Oblector,	taris,	atus sum.	*Kocháć się.*
Vescor,	eris,		*Pożywáć.*
Vtor,	vteris,	vsus sum.	*Vżywáć.*

Defungor, Delector, Fungor, Glorior, Potior.

APPENDIX P. M. C.

1. Nitor, Glorior, præpositionẽ interdum admittunt, Cicero pro Milone. *In cuius vita nititur salus ciuitatis.* De Nat. Deor. lib. 3. *Propter virtutem, iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur.*

2. Periclitor, cùm ad periculum discrimenq; refertur, ablatiuum etiam postulat. Mart. l. 6. *Periclitatur capite Sotades noster.* Verùm non ad omnia passim hæc huius verbi Syntaxis, deriuanda. Neq; enim fortasse rectè dixeris. *Periclitor patria, diuitijs, gloria.* Cùm experiri significat, Accusatiuum poscit, & ad tertium ordinem refertur. Cic. pro Quint. *Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est.*

APPENDIX II. P. M. C.

1. Potior, Vescor, Fungor, nonnunquam Accusatiuo adhærent. Terent. Adel. *Ille alter siue labore, patria potitur com-*

tur commoda. Cic. Philip. 13. *Vincamus odium, pacemq́; potiamur.* Neque tamen hæc passim imitanda sunt.

2. Item Vtor, Abutor, apud Priscos. Plaut. Casin. *Cætera quæ volumus vti, Græcâ mercamur fide.* Ter. Andr. *Nam in prologis scribendis opera abutitur.* Quæ iam videntur obsolevisse.

DE CONSTRVCTIONE VERBI IMPERSONALIS.

CAPVT VIII.

P. S. Q. I. C.

Scholion P. S. Q. I. C.

Primâ quidem & secundâ personâ vtriusque numeri, Verborum Impersonale semper caret: verumtamen tertia pluralis non semper, vt infra suis locis ostenditur.

Primus ordo Impersonalium.

QVædam verba Impersonalia, absolutè ponũtur. Cicero de Diuin. *Si fulserit, si tonuerit.*

Fulget,	bat,	lsit.	*Lśni się.*
Fulgurat,	bat,	auit.	*Błyska się.*
Grandinat,	bat,	auit,	*Grad páda.*
Ningit,	ebat,	ninxit.	*Snieg páda.*
Pluit,	ebat,	pluit *vel* pluvit,	*Deszcz páda.*
Tonat,	bat,	nuit.	*Grzmi.*

Appendix P. M. C.

1. His tamen interdum Nominatiuus additur, Cic: in Orat. *Pericles ab Aristophane Pöeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est.* Virgil: Georg. lib. 4. *Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.*

2. Pluit, Accusatiuum aut Ablatiuum post se non respuit. Livius Bel. Pun. lib. 10. *Sanguinem pluisse per biduum*

duum in area Concordiæ satis credebant. Idem. *Nunciatum est in monte Albano lapidibus pluisse.*

Secundus ordo Impersonalium.
P. S. O. I. C.

QVædam verba Impersonalia ante se nominatiuum, vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum loco nominatiui postulant, post se genitiuũ. Cic: ad Qu. Fr, lib. 2. *Hoc vehementer interest Reipubl.* Idem de Fin. lib. 5. *Interest omnium rectè facere.*

Est,	erat,	fuit.	
Interest,	erat,	fuit.	*Należy.*
Refert,	ebat,	tulit.	

APPENDIX P. M. C.

1. Interest, & Refert, hos Ablatiuos habent: *Mea, tua, sua, nostra, & vestra.* Cic: Tit. *Et tua, & mea maximè interest te valere.*

2. Cuia vel cuius interest, dicitur. Cicero pro Mur. *Ea cædes, si potissimum crimini detur ei, cuia inter fuit.* Idem Philip. 2. *Quis enim est hodie, cuius inter intersit istam legem manere.*

3. Verbum est, pro ablatiuis *mea, tua, sua, nostra, & vestra,* habet *meum, tuum, suum, nostrum, & vestrum.* Cic. ad Cæl. lib. 6. *Puto esse meum, quid sentiam exponere.* Idem de Fin. l. 1. *Si memoria forte defecerit, tuũ est, vt suggeras.*

4. *Magnum, paruum, tantum, quantum,* iunguntur in genitiuo cum verbis *interest, & refert.* Cic: Attic: lib. 3. *Permagni nostra interest te esse Romæ.*

5. Cætera eiusmodi per Adverbiũ adduntur: vt, *Multum aut plurimum interest, maximè refert, nihil interest.* Cicero Tusc. lib. 1. *Theodori quidem nihil interest, huminè an sublimè putrescat.*

APPENDIX II. generis, P. M. C.

1. Quantum *pro* Quanti, apud Ciceronem invenies, pro Muræna. *Oſtendam alio loco, quantum ſalutis communis interſit.*

Pro Milone. *Semper Milo quantum intereſſet P Clodij, ſi perire cogitabat.*

2. Tantùm intereſt, apud Plinium lib. 2. *Tantùm intereſt ſubeant radij, an ſuperueniant.*

Tertius ordo Impersonalium, Datiuus poſt Impersonale. P. S. O. I. C.

QVædam verba Impersonalia, quorum multa, eventum, vel commodum ferè ſignificant, ante ſe nominatiuum, vel aliquam orationis partem, præſertim verò infinitum loco nominatiui poſtulant poſt ſe verò datiuum. Ter. Adelph. *Facite quod vobis libet.* Cicero in Ver. lib. 3. *Accidit, vt ille eo die Lampſacum veniret.*

Accidit,	ebat,	dit.	
Contingit,	gebat,	tigit.	*Traſia ſię.*
Euenit,	ebat,	enit.	*Przydáie ſię.*
Licet,	ebat, cuit, *vel* licitum eſt		*Godzi ſię.*
Libet,	ebat, buit, *vel* bitum eſt.		*Podoba ſię.*

Concidit, conducit, conſtat, conuenit, expedit, liquet, placet, reſtat, vacat. De Opus eſt, *in nominis conſtructione dicetur.*

APPENDIX P. M. C.

Quædam horum verborum etiam numero multitudinis efferuntur; placent, libent. Suæton. in Cæſ. *Cætera quidem, quæ cuiq; libuiſſent.*

2. Infinitum *Eſſe*, accedente verbo *Licet.* Dandi vel Accuſandi caſum poſt ſe poſtulat. Cic: Tuſc. lib. 1. *Licuit otioſo eſſe Themiſtocli: licuit Epaminondæ.* Pro Flac. Curt. *His per te frui libertate, cur deniq; eſſe liberos non licet.*

3. Infinitum *Eſſe*, cum cæteris verbis etiam perſonalibus,

libus, quæ Datiuo gaudent, ferè Datiuum habet, rarò Accusatiuum. Terēt. Heaut. *Expedit bonas esse vobis.* Quint: lib: 2. *Cui esset diserto vacet.* Valer: lib: 3. *Sibi postea, & ciui, & Duci euadere contigit.*

APPENDIX II. generis. P. M. C.

1. Incessi perfectum ab incesso, cum est impersonale, dandi, & accusandi casum admittit. Livius l. 7. Dec: 4. *Timor incessit Lucium.* Idem lib. 2. *Grauior cura patribus incessit.* Multo autem frequentius cum accusatiuo legitur. Reperitur & imperfectum. Tacit: lib: 3 *Incessebat enim deterrimo cuiq; licentia.* Alioquin etiam est personale Plaut Cist: *Illius ego istam incesso male gratiam.*

2. Accidit, contigit, euenit, vsu venit; & alia eiusdem generis, apud Oratores ferè infinitū respuunt: coniunctiuo modo; cum coniunctione gaudent. Cicero Curt: lib: 2. *Si ei contigisset, vt te ante videret, quàm è vita discederet.* Idem de Orat: lib: 2. *Forte euenit vt in Priuernati essemus.*

Quartus ordo Impersonalium, Accusatiuus post Impersonale, P. S. O. I. C.

QVædam verba Impersonalia ante se Nominatiuum vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum loco nominatiui post se accusatiuum habent. Cic: in Brut. *Decet hoc illum nescio quomodo.*

Decet,	ebat,	cuit.	*Przystoi.*
Dedecet,	ebat,	cuit.	*Nieprzystoi.*
Iuuat,	abat,	auit.	*Pomaga.*
Delectat,	abat,	auit.	*Miło iest, lubo.*

APENDIX I. generis. P. M. C.

1. Hæc quoque verba non rarò numero plurali vsurpantur. Cice: 1. Offi: *Quàm te aliena deceant.* Virgil: Eclo: 4. *Non omnes arbusta iuuant.*

2. Ver.

2. Verbum *Oportet*, cum his quidam cuniungunt, quasi verò Accusatiuum post se postulet, cùm verbum sic absolutum, quod modò nominatiuum apertè habet. Ter: Heaut: *Hæc facta ab illo oportebant Syre*, modò membrum orationis, loco nominatiui. Cic: Philip: 7. *Irritári Antonium non oportuit.* Quanquam hoc verbum iam numero multitudinis vsurpandum non videtur.

3. Fugit, latet, præterit, fallit, cùm impersonaliter vsurpantur, huc reuocanda sunt. Cic: ad Quint. Fr. lib: 3. *De Cæsare fugit me ad te scribere.* Plin: lib: 2. cap: 20. *Latet plerosq́; magnâ cœli affectatione compertum à principibus doctrinæ iuris, superiorum trium siderum ignes esse.* Cic: l. 16. ad Silu. *Non me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse.* Cic: Ruf: lib: 5. *Nisi quid me fallit.* Idem Attic: lib: 8. *Nisi omnia me fallant.* Quanquam hoc verbum his locis personale videri potest: vt alibi sæpè Cicero Epistolarum lib: 11. *Non fallam opinionem tuam.*

Quintus ordo Impersonalium, Accusatiuus cum præpositione post Impersonale.

P. S. O. I. C.

QVædam verba Impersonalia ante se Nominatiuum vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum loco nominatiui: post se accusatiuum cum præpositione *Ad*, postulant. Cice: pro Sext: Rosc. *Hoc ad me nihil attinet.* Idem de Diuin: lib: 2. *Ad rem pertineret, quo modo cœlo affecto quodq́; animal oriatur.*

Attinet,	ebat,	nuit.	
Pertinet,	ebat,	nuit.	*Przynależy.*
Spectat,	abat,	auit.	

APPENDIX P. M. C.

1. Hæc quoque verba sæpissimè plurali numero efferuntur.

runtur. Cæſ. lib. 3. de Bel. Gal. *Ea quæ ad vſum pertinerent*, Cic. lib. 1. Offic. *Beneficia quæ ad ſingulos ſpectant.*

Sextus ordo Imperſonalium, Genitiuus ante Imperſonale. P. S, O. I. C.

QVædam verba Imperſonalia ante ſe ferè genitiuum vel infinitum loco nominatiui poſt ſe accuſatiuum poſtulant. Plaut. Trit. *Miſeret te aliorum tui nec te miſeret, nec pudet.* Cicero pro Flac. *Nonnè eſſe puditum, Legatum ſuum dici Meandrum.*

Miſeret,	ebat,	ertum eſt.	*Litość mieć.*
Miſereſcit,	ebat,		*Politować.*
Piget,	ebat,	guit,	*Lenić ſię.*
Pœnitet,	ebat,	tuit,	*Żałować.*
Pudet,	ebat,	duit,	*Wſtydźić ſię.*
Tædet,	ebat,	pertæſum eſt,	*Teſknić.*

APPENDIX I. generis P. M. C.

1 Quinque hæc verba videntur quondam fuiſſe Deponentia, cuius rei argumento eſt carmen Turpilij apud Nonium. *Quam Matris, tunc Patris non miſeretur magis.* Vnde adhuc reſtant iſta. *Miſertum eſt, puditum eſt, pertæſum eſt.*

2. Pacuvius apud Nonium, imperſonaliter vtitur verbo Vereor, eodem modo. *Nihilnè te populi veretur?* Accius. *Si tui veretur.* & Cic. de Fin. lib. 2. *Ariſtippi Cyrenaicorumq; omnium, quos, non eſt veritum, &c.*

3. Priſcianus libro 8. docet ex Appolonio in his ipſis verbis nominatiuum latere, verbi cauſa: *Pudet me tui, hoc eſt: Pudor me habet tui. Miſeret me tui, miſeratio me habet tui.* Crediderim potiùs verba figurare genitiuum habere pro nominatiuo. Nam iuſta, & recta cõſtructio eſt, hæc Plaut. Stic. *Et me quidē hæc conditio noua non pœnitet.* Figurata verò; pœnitet me huius eruditionis. Iſta

tamen

tamen explent, atq; in eius locum figurata successit. Cui locutioni similis est alia. *Venit mihi Platonis in mentem*, pro *Plato*, qua vtitur Cicero de Fin. lib. 5.

Verbum impersonale Passiuum.
P. S O. I C.

Verba Impersonalia passiuæ vocis, vt vocãt, sunt ea verba passiua, quæ tertia personâ contenta sunt. Ea verò efficiuntur à neutris quarti ordinis, & ab actiuis cùm absolutè efferuntur voce passiuâ: vt, Aratur, ab Aro; Pugnatur, à Pugno; Amatur, ab Amo. Terent. Eun. *Nescio quid turbatum est domi*; *à Turbo*. Hæc ante se nominatiuũ habent, qui tamen feré reticetur; post se ablatiuũ, cum præpositione *A*, vel *Ab*, vel eius loco datiuũ exigunt, qui etiam sæpê numero tacetur. Mart. *Tota mihi dormitur hyems*, pro *Dormio totam hyemem*. Plaut. Epid. libro 13 *Mihi isthic neq; seritur, neq; metitur*. Cicero pro Dom. *Ab vniuerso Senatu reclamatum est*. Plaut Pers. *Quid agitur? Statur hic ad hunc modum*. Multa præterea verba neutra impersonaliter vsurpantur: vel sine casu; vt statur, egetur acriter: vel cũ casu; vt, A me servitur Deo. Cice: Attic. lib. 12. *Huic quoque rei subuentum est maximè à nobis*. Virg. 9. Æneid. *Itur in antiquam sylvam*. Idem. *Ventum erat ad limen*.

PRO MEDIA CLASSE GRAMMATICÆ.
DE COMMVNI OMNIVM Verborum Constructione.
CAPVT VIII.

Hactenus de propria Verborum constructione dictum sit: deinceps de communi, dicendum erit.

Præceptum I. de Genitiuo cum Cõmuni status in loco.

Propria pagorum: tum quæ castella vel vrbes
Significant, ad VBI in Patrio reddenda locantur;
Seu primo fuerint, siue ordine flexa secundo:
Vt, Iam sum Romæ, cupio tecum esse Corinthi.

PRopria pagorum, castellorum, vrbium, primæ vel secundæ declinationis, ponuntur in genitiuo post quodvis verbum si interrogatio fiat per Adverbium *Vbi*, siue vt alij loquũtur, cùm significatur status in loco. Cic: Attic lib: 4. *Egnatius Romæ est.*

Militiæ, Belli, Domi, Humi prædicta sequuntur
Propria seuq, Domi appositis, non amplius hæret.

2. Propria sequuntur appellatiua quatuor: Humi, Belli, Militiæ, Domi: quorum postremò adiungi possunt Adiectiua: *Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, alienæ.* Cicero Tuscul: lib: 1. *Theodori quidem nihil interest, huminè an sublimè putrescat.*

Idem l. 2. de Offic: *Quibuscunq, rebus vel belli, vel domi poterunt, Rempubl: augeant.* Idem Marcel: lib: 4. *Nonnè mavis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?*

Nomina si ternæ, vel sunt pluralia, sextum
Poscit Vbi: vt natus Carthagine, Doctus Athenis.

3. Si propria tamen fuerint tertiæ declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu vtendum est. Cic: de Divin: lib: 1. *Babilone paucis post diebus Alexander est mortuus.*

Idem Attic: lib: 9. *Lentulum nostrum scis Puteolis esse.*

Idem Attic: lib. 16. *Malo cum timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis.*

Insula seu Regio, Provincia, cuncta locorum
Nomina, præpositas gaudent adiungere partes.

4. Nomina Insularum, Regionum, Provinciarum, cæterorum denique locorum, ablatiuum cum præpositione

In,

In, ferè desiderant. Cic: Attic. lib. 9. *Promitto tibi, si valebit, tegulam illum nullam in Italia relicturum.*

Appendix P. M. C.

1. Datiuo Ruri, vel Ablatiuo Rure vtimur, cùm huius est loci Plaut. Bacch. *Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.* Liu: lib: 8. Dec. 4. *Morientem rure; eo ipso die sepeliri se iussisse ferunt.* Nonnunquam additur adiectiuum Horat: 1. Epist. *Interdum nugaris rure paterno.*

2. Genitiuus *Domi*, illa sex tantùm adiectiua admittit. Nam cum alijs in ablatiuo cum præpositione In, ponitur Ouid. *Sustinet inuidua tristia signa domo.* Quod idem interdum fit cum illis pronominibus. Plin: ad Cat: lib: 3. *Ille in domo mea sæpè conualuit.* Cum substantiuis autem vtroque modo copulatur. Cic: Attic: lib. 1. *Clodius deprehensus domi Cæsaris.* Idem eidem lib. 2. *Cùm in domo Cæsaris, quondam vnus vir fuerit, &c.*

3. Errant, qui putant nomina tertiæ declinationis Datiuo efferri. Nam Tibur, Anxur, apud veteres. & e, & i, literis, ablatiuum habuisse videtur: legimus enim vtroq; modo. Cic: Attic: l. 20. *Nunc demum rescribo ijs literis, quas mihi misisti, conuento Antonio Tiburi.* Liuius Ecl. Pun. lib. 10. *Tibure haud ita multò ante mortuus.*

Appendix II. generis. P. S. C.

Quidam dubitant, dicendumnè sit; Marcellus natus est Romæ, nobilis vrbis, an nobili vrbe. Cic: pro Attic. posteriore modo loquitur. *Natus est, inquit Antiochiæ, loco nobili, & celebri quondam vrbe.* Idem præpositionem interposuit, pro Rab. *Neapoli in celeberrimo oppido.* Idem Philip. 4. *Albæ in vrbe opportuna.* Plin. lib. 2. fere ablatiuo vtitur, præpositione præposita. *In Neapoli oppido Troadis.*

Præceptum II. de Motu ad locum. P. M.

Quæstio si fiat per Quo, responsa dabuntur.

In Quarto: Quo vadis? Eo Romam, Hispal, Athenas, Brundusium; Rus, atq; Domum, ceu propria reddes.

SI per Aduerbium, *Quò*, fiat interrogatio, videlicet cùm motus ad locum significatur, propria, vrbium, & pagorum accusatiuo sine præpositione efferuntur, cuiuscunq; sint declinationis, ac numeri: quibus adduntur illa duo *rus, domus*. Cic: Attic: lib: 9. *Epistolas Catanam, Tauromínium, Syracusas, commodius mittere potero.* Ter: Heaut. *Domum reuertor mœstus.* Idem Eun. *Rus ibo.* Cic: pro Arch: *Eum domum suam receperunt.* Curt: lib: 7. *Qui remissi domos erant.*

2. Nomina tamen Insularum, Regionum, Prouinciarum, &c. accusatiuum cum præpositione, *In*, ferè desiderant. Cic: de Som. Scip. *Cùm in Africam venissem.*

Præceptum III. de Motu, de loco, & per locum. P. M. C.

Responde in sexto, si Quà? siue Vnde rogaris,
Vnde venis Corydon? & qua tibi ducis eundum?
Rure, Domo, Delphis; Epheso, Carthagine, Roma.

SI per vnde, vel quà fiet interrogatio, hoc est, si motus de loco, aut per locum significetur in proprijs vrbium & pagorum, ablatiuo vtemur sine præpositione; quibus adiungenda illa duo, domus, & rus. Cic: Attic: libro 5. *Accepi Roma sine tua Epistola fasciculum literarum.* Ter: Eun. *Video rure redeuntem senem.* Cic: Attic: lib. 3. *Iter Laodicea faciebam, cùm has literas dabam in castra.* Idem Attic: lib. 5. *Adest legatus domo missus.*

Insula, seu Regio, Prouincia, cuncta locorum.
Nomina præpositas gaudent adiungere partes.

2. Nomina Insularum, Regionum, Prouinciarum, cæterorum denique locorum Præpositionem Ex, si motus de loco significetur: sin autem per locum, præpositio-

nem

item Per ferè desiderant. Cic: in Verr. lib. 4. *Ex Sicilia in Africam gradus imperij factus est Romanus.* Liuius lib. 1. dec: 3. *Dum ipse terrestri per Hetruriam Galliasq; Italiam peteret.*

APPENDIX I. generis. P. S. C.

1. Propria vrbium, & oppidorum, sæpè præpositionem recipiunt: maximè si motus de loco significetur. Cic: Attic. lib. 9. *A Brundusio nulla adhuc fama venerat.* Idem de Senect. *Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.* Liu: 1. Bel: Pun. *Legati Romam ab Carthagine in Hispaniam traiecerunt*, & alibi sæpissimè. Neq; solum adhibetur præpositio, Ad, cùm propinquitas adsignificatur. Alioqui non dixisset Cicero pro Pl. *Brundusium veni.* Tyrones tamen Grammaticorum regulam sequuntur.

2. Proprijs regionum & insularum interdum demitur præpositio, præcipuè à Poëtis & Historicis. Vir: Æne: 3. *Ibitis Italiam portusq; intrare licebit.* Liu: lib. 4. Dec. 4. *Nauigare Cyprum pergit.*

3. Cætera nomina propria regionum, aut viarum, itemq; appellatiua quædam, sine præpositione eleganter efferuntur: quæ alioquin accusatiuo cum præpositione Per, efferenda essent. Cic: Phil: 10. *Nunc totâ Asia vagatur, volitat, vt Rex.* Idem ad Qu. Fr. lib. 10. *Ita se gerant in illis Asiaticis itineribus, vt si iter Appiâ viâ faceret.* In Verrem 1. *Multæ mihi à C. Verre insidiæ terra mariq; factæ sunt.*

Præceptum IV. De Datiuo Communi P. M. C.

Omnia personæ superaddere verba Datiuum,
Commoda cuius erunt, Incommoda gratia possunt.
Vt, tibi aras, seris, atq; metis; tibi condu eidem.

QVoduis verbum admittit datiuum eius personæ cuius gratia, commodo, vel incommodo aliquid fit.

Plaut: Mil. *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Cic: Attic: lib.2. *Libros tuos nobis conserua.* Liu. 2. ab Vrb. *Magno illi ea cunctatio stetit.*

Præceptum V. de Accusatiuo, vel Ablatiuo Communi temporis. P. M.

Quamdiu amat Quartum, vel sextum; vt Quatuor annos
Æger auus podagra iacuit, vel Quatuor annis.

TEmpus ablatiuo, vel accusatiuo casu effertur, si per Quamdiu, fiat interrogatio. Liu: lib. 1. *Romulus septem, & triginta regnauit annos.* Plin. lib. 7. *Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est.*

Ad Quando Sextus tantùm respondet vbiq;.
Vt, Quando fient comitia? Mense Decembri.

2. Sin verò per Quando fiat, Ablatiuo vtimur: vt, *Quando datum est tibi hoc negotium: Hesterno die.* Spatium temporis quidam appellant. Cicer: de Aurusp. *Negotium magistratibus datum est anno superiore.*

Appendix P. M. C.

1. Ablatiuus interdum, Intra, significat: vt, paucis diebus, biduo, triduo, *pro,* intra paucos dies, intra biduum intra triduum. Cic pro Mil. *Clodius respondit triduo illum ad summum quatriduo periturum.*

2. Si per *Quamdiu,* fiat interrogatio, frequentius vtimur accusatiuo, quàm ablatiuo; quippe cùm spatium temporis, siue tempus continuatum significetur. Cicero lib. 4. in Ver. *Prouinciam triennium obtinuisti.* Idem ad Catil: lib. 15. *Biduum Laodiceæ, fuisti, &c.*

Præceptum VI. de Accusatiuo, vel Ablatiuo communi spatij, P. M. C.

Vult Quartum, Sextumuè loci distantia casum:
Vt stadium distant, vel centum passibus hostes.

Cuiuis

CViuis verbo apponi poteſt Accuſatiuus, qui diſtantiam loci ſignificet. Cic. ad Tir. lib. 16. *Is locus eſt citra Leucadem ſtadia viginti.* Idem pro Sext: Roſc. *Edixit vt ad vrbe abeſſet milia paſſuum ducenta.* Idem Attic: l. 13. *Cubitum nullum aſſiduo curſu proceſſit.* Liu: lib. 2. Bel. Ma. *Mille ducentos paſſus ibi latitudo patet.*

2. Interdum ablatiuo ſcriptores vtuntur. Cæſ: Bel: Gal: lib. 1. *Eo die caſtra promouit, & millibus paſſuum ſex à Cæſaris caſtris ſub monte conſedit.* Idem ibid. *Ab exploratoribus certior factus eſt, Ariouiſti copias à noſtris millibus paſſuum quatuor & viginti abeſſe.*

3. Frequentiùs tamen Accuſatiuo videtur efferi ſpatium loci, quàm ablatiuo. Cic: 6. in Verr. *Neq; ab argento digitum diſcedere.* Idem pro Deiot. *Negat ſe à te pridem diſceſſiſſe.*

4. Ipſum propè ſpatij nomen in vtroque caſu adhibetur. Curt. lib. 5. *Ædificia ferè ſpatium vnius iugeris abſunt.* Colum: lib: 11. cap. 3. *Sulci lirarum inter ſe diſtent ſemipedali ſpatio.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

Cùm dicimus, adeſſe, bidui, tridui, quadridui, iter aut via intelligitur. Cic: Attic: l. 5. *Cùm in caſtra proficiſcerer, à quibus aberam bidui*; ſæpè iter aut via exprimitur. Idem Catil. *Aberam ab Amano iter vnius diei.* Cæſ: de Bel. Gal. lib. 1. *Cùm bidui viam proceſſiſſet.*

Præceptum VII. De Ablatiuo abſoluto P. M. C.

Sextus adhereſcit verbo cuicunque ſolutus.
Vt Rex egreditur, procerum ſtipante caterua.

QVibuslibet verbis addi poteſt Ablatiuus abſolutè poſitus. Cicer: Attic: libro 5. *Quo auctore te velle cœpi, adiutore aſſequar.* Idem ad eundem lib. 14. *Scripſi hæc*

hæc ad te apposita secunda mensa.

2. Verumtamen cùm aut nomen, aut participium ab aliquo verbo pendet, cum eo consentire transitiuè vel intransitiuè solet, & ablatiuo absoluto tunc locus non est. Cic: de Orat: lib. 1. *Cum Proconsul in Ciliciam proficiscens, Athenas venissem.* Ibid. *Cogitanti mihi sæpe numero, ac memoria cætera reperti, perbeati fuisse illi videri solent.*

APPENDIX II. generis. P. M. C.

1. Aliquando absolutè ponitur participium præteriti temporis sine nomine. Liu: Bel: Maced: lib. 1 *Inde ad fluuium est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.*

2. Nonnunquam nomen tantùm. Tacit: lib. 1. *Iuxta periculoso ficta, seu vera promeret, monuit Liuiam*, hoc est, cum æquè periculosum esset.

3. Interdum etiam præsentis temporis participium cum nomine. Cicero pro sest. *& spirante etiam Repub: ad eius spolia detrahenda aduolauerunt.*

4 Interdum Ablatiuus, & Nominatiuus verbi eiusdem sunt personæ. Cic: ad Ter: lib. 16. *Non potes effugere huius culpæ pænam, te patrono.* Horat: lib. 1. Od: 2.

Neu sinas Medos equitare multos, Te duce Cæsar. Iuuen: Sat: 13. *Prima hæc est vltro, quod se iudices, nemo volens absoluitur.*

Præceptum VIII. de Ablatiuo Instrumenti, Causæ, Modi actionis. P. M.

Siue Instrumenti, seu causæ adiungere sextum,
Siue modi, quo aliquid fiat, verba omnia possunt.
Vt gladio, æquo animo occumbam virtutis amore.

QVæuis verba Ablatiuum admittunt significantem instrumentum. Ter: Adel. *Hisce oculis egomet vidi.* Aut causam, propter quam aliquid fit. Cic: ad Qu: Fr. lib. 2. *Vestra culpa hæc acciderunt.* Aut modum, quo aliquid

quid fit. Cic: pro Mil. *Quonam modo id factum ferret ciuitas?*

Idem de Senect. *Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.*

Cum solet Interdum gradui modus addere sextum.

Vt cum febre domum rediit, laterisq́; dolore.

2. Modus actionis præpositionem *Cum*, quæ comes dicitur, sæpè admittit. Cicero pro Clu. *Semper magno cum metu dicere incipio.*

Idem de Offic. lib. 1. *Ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerate potest.* Idem de Orat: lib. 3. *Cum febri domum rediit.*

Appendix P. M. C.

1. Ad causam, propter quam, pertinent hæc, & his similia: Ardere iracundia, dolore, ira, studio, desiderio alicuius rei flagrare, & inflammari cupiditate, amore, &c. Ter. Adel: *Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.* Hæc etiam fortasse: Lætor, Gaudeo, Delector, Oblector, ac cætera eiusmodi, de quibus supra egimus in constructione verbi neutrius.

2. Modum actionis cognoscimus interrogatione, Quo modo. Quomodo tulit iniuriam? Æquo, iniquo animo. Cicero pro Flac. *Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate perfecit.*

Appendix II. generis. P. S. C.

1. Ablatiuus instrumenti in accusatiuum cum præpositione *Per*, non ineleganter migrat. Cels. lib. 5. cap. 16. *Dixi de iis vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur.*

2. Ablatiuus causæ etiam præpositiones *A*, vel *Ab*, Cum, De, Ex, Præ, Pro, nonnunquam admittit. Teren. Hecy. *Iacentes hostes à verecundiâ.* Cic: ad Qu. Fr. lib. 1. *Certò te fecissem cum causa.* Idem pro Sextio. *Nationes, quibus senatus de me gratias egit.* Pro Planc. *Nec loqui præ mærore*

mœrore potuit. Sall. Iug. *Timido & ex conſcientia ſua diffidenti*. Cic: 2. de Orat. *Proq; eo, quod eius nomen erat, magna apud omnes gloria, inuitatus eſſet, &c.*

Præceptum IX. De Ablatiuo exceſſus P. M. C.

Exceſſus, pretijuè adhibent verba omnia ſextum:
Vt, Licet exſuperent animo, ſtat ſanguine palma.

CViuis verbo adiungi poteſt ablatiuus rei, qua exceſſus ſignificatur. Cic: de Clar: Orat. *P. Scipio omnes ſale facecijsq; ſuperabat*. Idem de Orat: lib. 3. *Lepore & humanitate omnibus præſtitit Socrates*.

Præceptum X. de Ablatiuo pretij. P. M. C.

QVælibet verba Ablatiuum admittunt ſignificantem Pretium: vt, Senatus tritici modium, tribus denarijs æſtimauit.

Cic: in Ver: lib. 5. *Excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderet*. Ter: Eun: *Vt te redimas captum, quàm queas minimo*. Idem Andr. *Vix drachmis obſonatus eſt decem*. Ibidem. *Obolo ferre piſciculos in cœnam ſeni*. Cic: in Verr. lib. 5. *Doceas oportet aliquo in loco Sicyliæ Prætore Verre, ternis denarijs tritici modium fuiſſe*. Liu: Bel: Pun. lib. 3. *Multorum ſanguine, & vulneribus ea pœnis victoria ſtetit*. Var: lib: 2. *Piſcinæ ædificantur magno. Quæ virtus, & quanti boni ſit viuere paruo*. Cic: Phil: 2. *Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede nihil ſapere docuit*. Idem pro Cæl. *Cuius in ædibus habitet decem militibus*. Idem Attic: lib. 13. *Dimidio minoris conſtabit*.

EXCEPTIO P. M. C.

Quanticunq; tamen, tantidem à lege recedunt.
Et Pluris, Tanti, Quanti. Quibus adde minoris.

1. His tamen Genitiuis exceptis, Tanti, Tantidem, Quanti, Quanticunque, pluris, Minoris, de quibus aliquid

quid supra dictum est ad secundum Actiuorum ordinem Plinius libro 17. in Procem. *Domitius grauiter increpuit tanti censorem habitare.* Cicero in Verrem lib. 5. *Vbi tantidem frumentum emeret, quàm domi vendisset.*

2. Quanticunque, & Quantiquanti geminatum idem Valent. Iuuen. Sat: 7. *Quanticunque domus constet*. Cic. Attic: 12. *Sed quantiquanti, bene emitur, quod necesse est.* Idem Attic. 12. *Ambulatiuncula propè dimidio minoris constabit.*

3. Maioris, nusquam arbitror esse; pro quo classici scriptores, *Pluris* vtuntur. Colum. lib: 1. cap. 4. *Pluris ædificantem frequentiùs.*

Appendix P. M. C.

1. Hæc eadem in Ablatiuum transeunt, si adduntur substantiua. Liu: 2. bell. Pun. *Quem prætio minore redimendi captiuos copia fieret.*

2. Quidam *Pluri prætio*; audent sine veterum testimonio dicere. Malim dicere: Maiore pretio; aut carius. Liu: 2. bel. Pun. *Nec maiore pretio redimi possumus, &c.* Cic: pro Dom. *Emit domum prope dimidio cariùs quàm æstimabat.*

3. Aduerbia, *Care, carissimè, benè, melius, optimè, gratis malè, peius, vilius, vilissimè,* cum verbis *emendi, vendendique* iunguntur. Cic: 7. Verr. *Si argumento gratis tibi constare nauem.* Col: lib. 12. cap. 39. *Hoc vilissime constat.*

4. *Vili* & *Care*, Caro enim vix reperias, substantiuis non iunguntur. Plaut. Epid. *Quanti eam emit. &c. vili.* Varo de re rust. cap. 3. *Quæ pingues veneunt carè.* Quint. decl. 12. *Non potest hic comeatus tam carè emi.* Cic: ad Brut. *Valde carè æstimas tot annos, &c.*

5. *Magno, permagno, paruo, paululo, minimo, modico, plurimo,* & si qua præterea, sæpè sine substantiuis reperiuntur: Var. de re Rust: lib: 3. cap. 9. *Venerunt propter pe-*

cuniam magno. Cic: lib: in Verrem. *At permagno decimas eius agri vendidisti.* Plin. 12. cap. 39. *Tanto nobis deliciæ constat.*

6. Interdum adduntur substantiua, præsertim apud Poëtas & Historicos. Mart: lib. 6. *Paruo cum pretio diu liceret.*

7. Verbum *Valeo*, cùm ad pretium refertur ferè ablatiuum, raro accusatiuum amat. Plin. l. 33. c. 3. *Vt scrupulum valeret sestercijs vicenis* Var: de Lin: La: lib. 4. *Denarij quod denos æris valebant; quinarij quod quinos.* Paulus lib. 33. tit: 2. ad leg. Aqui. *Sed quanti omnibus valet.* Id. 2. sent: tit: 17. *Quanto minoris valuissent.* Vlpia 19. tit: 1. ff. de actionibus empt. *Quanto pluris hæreditas valeret.*

8. Huc etiam spectat *Sum*, pro *Valeo.* Cic: 5. Ver. *Cum in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset, ad summum sestertijs denis.* Idem 6. Ver. *Fuit tanti, mihi crede.* Plan: Bac: *Tanti est, quanti est fungus putidus.*

SCHOLION P. M.

De casibus, qui beneficio præpositionum, communes sunt omnium verborum dicemus, cùm de præpositionibus præcipiemus.

DE CONSTRVCTIONE VERBI INFINITI.

P. M. C. G.

CAPVT IX.

Præceptum. I.

Verba Infiniti Capitis moderamina sunto.
Vnde suæ primum traxêre propaginis ortum.

VErba infinita eosdem post se casus postulant, quos finita. Cicero Tir: lib. 16. *Malò te paulò post valentem,*

tem, quàm statim imbecillum videre.

Idem ad Qu. Fr. lib. 3. *Quod scribis à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.* Idem ad Attic. lib. 7. *Vellem te in principio audiuisse, amicissimè me admonentem.*

Appendix P. M. C.

1. Præteritum perfectum passiuum & plusquam perfectum quorumuis verborum, supplentur ex infinito esse vel fuisse, & participio præteriti temporis verbi occurrentis, mutatis numeris, & generibus pro re, de qua agitur. Cic: Phil. 2. *Clodium meo consilio interfectum esse dixisti.* Idem pro Clu. *Iniuriam huius familiæ factam esse dixisti.*

2. Verbum *esse*, interdum omittitur. Idem pro Mil. *Negant intueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum fateatur.*

Futurum Infinitum actiuum.
Præceptum II. P. M. C.

In numero genus omne sibi, Fore iungit vtroque.

FOre, & Futurum esse, futurum infinitum verbi Sum, tantùm in vsu est, iungiturq; cum omnibus generibus, & vtroq, numero· Cic: ad Lent. lib. 2. *Vehementer confidit, his literis se apud te gratiosum fore.*

Idem ad eundem lib. 8. *Spero nobis hanc coniunctionem voluptati fore* Idem Attic: lib. 7. *Nihil arbitror fore, quod reprehendas.* Idem ad eundem lib. 7. *Dionysio, dum existimabam vagos non fore, nolui molestus esse.*

2. Cætera quibus prisci vsi sunt, iam obsoluerunt. Pro quibus, infinito esse, vel fuisse, prout oratio postulat, & Participio in Rus, vtimur. Cicero Attic. lib. 6. *Illum eum futurum esse puto, qui esse debet.*

Idem Phil. 8. *Dixi aliam sententiam se dicturum fuisse.* Idem Ver. 3. *Non molestè fero me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esu laturos.*

3. In

3. In qua Periphrasi, Infinitum esse frequenter desideratur. Cic. Attic: lib. 8. *Ego bellum fœdissimum futurum puto.*

Idem ad Terent. lib. 14. *Celerius opinione venturus dicitur.* Idem ad Attic. lib. 9. *Vix spero hunc mihi veniam daturum.* Idem App: lib. 1. *Scribit meas literas maximum apud te pondus habituras.*

Appendix II. generis P. S. C.

1. Fuit priscis temporibus futurum infiniti modi, in omnibus verbis, Rum syllaba finitum, quod omnibus generibus, & vtriq; numero non secus, ac forê accommodabatur. C. Grachus. *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* Valerius. *Aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum.* Cic. 5. Ver. *Hanc sibi rem sperant præsidio futurum.* Ita enim legendum, non futuram. Vide Com: & A, Gell: lib: 1. cap. 7.

2. Fuit & aliud futurum commune priscis vsitatum esse re, sylabis terminatum Pl. Stich. *Habeo bonum animum nam illum confido domum in his diebus mereconciliassere.* Idem in Mil. *Hercle credo te facilè impetrassere*, pro *impetraturum reconciliaturum.*

3. Itaque *fore*, nunc tantum vsitatum est, quod non rarò etiam cum participijs in Rus iungitur, rarius cum participijs in Tus, & in Dus. Cic. Attic. lib. 5. *Deinde addis te ad me forè venturum.* Idem Brut: lib: 11. *Quos spero breui tempore societate victoriæ copulatos fore.* Idem App. lib. 3. *Quasi diuinarem fore mihi aliquando expetendum studium tuum.*

Futurum infinitum passiuum.

Præceptum III. P. M. C.

1. Futurum passiuum ex infinito iri & voce simili supino in Vm, constat: vt, *Amatum iri*, *Doctum iri*, omnibusque

que generibus, atque vtriq; numero attribuitur. Cic: ad Attic: lib. 2. *Pompeius affirmat non esse periculum; adiurat: addit etiam se prius occisum iri ab eo, quàm me violatum iri.* Quin: lib. 9. cap. 2. *Reus parricidij, damnatum iri videbitur.*

2. In verbis deponentibus, pro hoc infinito vtimur participio in Rus; neq; enim dicitur, auxiliatum iri, sed auxiliaturum, & cætera eodem modo.

Ratio supplendi futurum infinitum, præsertim cùm verba supinis carent.

Præceptum IV. P. M. C.

1. Fore vt, Futurum, vt verbis spero, puto, affirmo, suspicor, video, & his similibus iuncta eleganter futurũ Infinitum, tum agendi, tum patiendi modo supplent, etiamsi alioquin verba supinis non careant. Cic: ad Attic: lib. 16. *Nunquam putaui fore, vt ad te supplex venirem.* Idem Lent. lib. 1. *Valde suspicor fore, vt infringatur hominum improbitas.*

2. Hac tamen circuitione subuenitur verbis potissimùm, quæ supinis carent. Cic: Tusc. lib. 1. *Spero fore vt contingat id nobis.* Se: lib. 2. Don. *Nunquam putaui futurum, vt pater meus liberos odisset.* Eodem modo dicemus, *Credo forè, vt studeas, ediscas, angaris, &c.*

Circuitio ex Præterito, & Futuro mista.

Præceptum V. P. M C.

1. Tempus est quoddam ex præterito, & futuro mistum, infinito modo valde vsitatum: cùm de re iam præterita ita loquimur, vt erat futura; si aliquid, quod fuit non fuisset, & contra. Cic: 1. Offic. *Cn. Pompeius hoc mihi tribuit, & diceret; frustrà se triumphum tertium deportaturum fuisse, si non in Remp: beneficio, vbi triumpharet, esse habiturus.* Idem lib. 1. de Fato. *Puto enim, si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse.* Idem.

Ad Mar.

ad Mar. lib. 4. *Eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset.*

2. Quod verbum supino careat, aut passiuè efferatur, circuitione vtendum est Futurum fuisse arbitror, vt edisceres orationem, si voluisses. Cæs. Bel. Ciu. 3. *Nisi eo ipso tempore quidam nuncij de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati; existimabant pleriq; futurum fuisse, vt oppidum amitteretur.*

SCHOLION. P. M. C.

Verumtamen cùm tempus præteritum imperfectum eadem ratione per infinitum modum efferendum est, satiùs videtur vti coniunctiuo modo, interposito verbo, credo, aut opinor, sic: *Cautiùs credo, viuerent homines, si cogitarent se breui morituros. Si Romæ nunc esses valeres opinor, multo melius quam vales.*

Infinita cum quibus verbis copulentur.

Præceptum VI. P. M. C.

Docebo cum Soleo, Cupio infinita præire
Verba solent, & plura quibus sit nota voluntas.

VErbis, cœpi soleo, debeo, cupio, adduntur infinita, multisq; alijs maximè ijs, quibus voluntas explicari solet, Cic: pro Rosc. Com. *Qui mentiri solet, peierare consueuit.* Idem Tyron, lib: 16. *Omnes cupimus, ego in primis quam primum te videre.*

APPENDIX P. M. C.

1. At verba, peto, rogo, oro, postulo, flagito, suadeo, Moneo, hortor, curo, ago, facio, cum compositis, apud Oratores fermè respuunt infinitum, coniunctiuum modum desiderant. Ad Tyr. lib 16. *Cura vt valeas,* ad Attic: lib: 17. *Feci igitur atq; effeci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me carior.*

2. Suadeo, admoneo, puto, curo, censeo, & similia, elegan-

leganter etiam cum Gerundio in Dum iunguntur. Cic: ro Arch. *Nisi mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vi- a magnopere expetendum.* Ad Attic: lib: 15. *Quam honori- centissimum Senatusconsultum faciendum cures.*

3. Futurum *Fore*, maximè his verbis gaudet: Auguror, onfido, credo, existimo, puto, audio, video, ominor, uspicor, opinor, affirmo, polliceor, promitto, itemque æteris eiusdem generis. Cic: Attic. l. 8. *Sin erit bellum, t video fore, meæ partes non desiderabuntur.* Idem lib: 16. *e buccinatorem fore existimationis meæ polliceris.*

4. Accusatiui geminatione, facta Amphibologia sol- itur ablatiuo: vt, *Milonem audiui occidisse Clodium:* ambi- ua est oratio: dubium enim est, vter ab altero fuerit oc- usus, muta alterum accusatiuum in ablatiuum sic: *A Mi- one audiui occisum esse Clodium.*

Præceptum VII. P. M.

SOlet, incipit, debet, cæpit, desinit, potest, cum infi- nitis verborum Impersonalium adiunguntur, nomi- atiuum cælant. Cic: de Fin. *Quâ præceptrice, in tranquil- itate viui potest.* Idem Attic: lib: 10. *Hic maneri diutius on potest.*

SCHOLION P. M. C.

1. *Sex illa verba,* Soleo, Incipio, Debeo, Cœpi, Desino, Possum, (*quibus illa duo quidam addunt,* Queo, & Nequeo) *cum infinitis verborum impersonalium copulentur, personalia unt ipsa quoque, casusq; proprios, etiam rectos postulant.* Cic: . de Orat. Cum essemus eiusmodi, quod vel pueri senti- e poteramus. *Exempla passim tum huius verbi* Possum: *um cæterorum quam plurima occurrunt. Eadem tamen hæc erba, si cum infinitis impersonalibus iungantur, illorum quo- ue naturam quodammodo subeunt, fiuntq; Impersonalia: vt*

propter

propterea verba familiaria, siue seruilia dicantur à quibusdam quod cæteris verbis tum personalibus, tum impersonalibus seruire videantur, dum illorum constructionem sequuntur. Cicero Attic. lib. 8. Solet eum, cùm aliquid furiosè facit, pœnitere. *Iustinus 12.* Pigere eum facti cœpit. *Cæs. lib. 7. Bel. Gall.* Pugnatum ab hostibus acriter est, vt à viris fortibus pugnari debuit. *Sen. Epist. 40.* Si te pudere desierit. *Cic. de Ar. resp.* Cuius auctoritatis neminem posset pœnitere. *Idem Bruto Epist. 23.* Nec verò pœnitere potest Rempub: me pro eo spopondisse.

2. *Neq; tamen huc pertinet verbum* Volo, *aut ex ipso composita:* Malo, Nolo, *Hæc enim nunquam fiunt impersonalia. Cic: pro Lig.* A te ignosci nemini vellent. *Curt. lib. 4.* Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat. *Eodem modo dices.* Velim vos negligentiæ pœniteat. Nolim te laboris tædeat. Mallem huius te sceleris puderet *& cætera. eodem modo.*

3. *Verbum* Incipio, *etiam transitiuum sine infinito reperitur. Ter. Heaut.* Neque quod principium incipiam ad placandum, scio. *Litius l. 9.* Armatos, cùm neutris prælium incipitur, nox oppressit. *Nam & absolutum vsurpatur. Ver. lib. 5. Æneid.* Vix prima inceperat æstas. *Fab. lib. 1.* Optime institutum est, vt ab Homero atque Virgilio lectio inciperet. *Idem lib. 9.* Optime incipitur à longis.

4. *Cœpi & desino cum infinitis passiuis, modo actiua, modò passiua voce vsurpantur. Liu. l. 2.* Plebi iniuriæ à primoribus fieri cæpere. *Plin. l. 2.* Turres bellicis temporibus desiere fieri. *Liu. lib. 3.* Contemni cœpti erant à finitimis populis. *Cic. in Brut.* Veteres orationes post nostras à plerisq; legi sunt desitæ. *Idem lib. 2. de Offic.* Desitum est videri quidquam in socios iniquum.

5. *Verba* Possum, Queo, & Nequeo, *Passiua voce in tertijs personis scilicet.* Potestur, Quitur, Nequitur, *tanquam obsoleta vitanda sunt.*

6. De

6. Debeo, *Sæpè verbum actiuum. Plaut. Bach.* Ducentos Philippeos attulimus aureos Epheso, quos hospes debuit nostro seni. *Cic: pro Syl.* Persolui patriæ, quod debui: reliqua iam à me meæ perpetuæ naturæ debentur. *Idem Curioni lib. 2. epist. 6.* Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. *Non rarò idem est neutrum, siue absolutum. Cic: lib. 2. ad Lent: Epist. 1.* Nos in causa eo auctoritatem minorem habemus, quod tibi debemus.

At cùm infinitis nunquam passiua voce vsurpatur. Neque enim Latinè dices; Hoc debetur facere: *neque*, Hoc debetur fieri *sed*, Hoc debet fieri; *vel potiùs*, oportet fieri, *vel* faciendum est.

APPENDIX II. generis. P. S. C.

1. Infinita nonnunquam cum verbis motus, nominibusq; substantiuis, more Græcorum coniuguntur. Cic: in Top. *Sed iam tempus est, ad id quod instituimus, accedere.* Cæs: 7. Bell. Gall. *Consilium capit, omnem à se equitatum noctu dimittere.* Verg: 1. Æneid. *Non nos, aut ferro Lybicos populare penates venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.* Ter. Hec. *Vultisnè eamus visere?* Hæc tamen rarò videntur vsurpanda.

2. Adduntur & nominibus adiectiuis, maximè apud Poëtas, vnde sunt illa: *Paratus respondere, cantare, certare, vincere, Peritus certare, Audax perpeti, timidus mori*; & cætera id genus.

3. Paratus, Dignus etiam ab Oratoribus cum infinito copulantur. Cic: pro Quint. *Etsi qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen, &c.* Idem Catil. lib. 5. *Mitto, quòd inuidiam, quòd pericula, &c. Si per me licuisset, subire paratissimus fueris.* Vergil: Ecclog: 5. *Et erat tum dignus amari.*

4. Adiectiuis neutris eleganter adhærent infinita: vt,

æquum, laudabile, piumq́ est miseris opem ferre. Cic: Attic: lib. 3. *Pro patria & in patria mori præclarum est.*

DE CONSTRVCTIONE GERVNDIORVM.

CAPVT X.

Præceptum I. P. M. C.

Omnia fontis amant actiua Gerundia casus.
Vt, Tempus cohibendi iras, & pace fruendi.

GErundia quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt: vt, *Tempus obliuiscendi iniuriam, ignoscendi inimicis; coërcendi cupiditates, abstinendi maledictis.*

Gerundia in Di. Præceptum II.

Di finita iube comitari Gerundia nomen,
Gignendi casu gaudens; vt, Copia fandi,
Gnarus adulandi. Cupidus, studiosus habendi.

GErundijs in Di, adduntur substantiua, tempus, caussa, studium, finis, & cætera eiusdem generis. Cic: de Sen. *Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi.* Ad Attic: lib. 10. *Sit iam aut finis omninò deplorandi, aut moderatio.*

2. Item nonnulla adiectiua: vt peritus, imperitus, cupidus, insuetus nauigandi, ignarus dicendi. Cic: de Orat: lib. 2. *Sum cupidus te audiendi.*

APPENDIX II. generis P. S. C.

Interdum ex numero Patrium voluêre secundo.

Gerundia in Di, interdum genitiuum multitudinis pro accusatiuo admittunt. Cic: de Diu. l. 2. *Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.* Plau: Capt. *Nominandi tibi istorum erit magis quàm adeundi copia.*

Gerun-

Gerundium in Dum. Præcept: III. P. M.

Inter, Ab, Ob, verbis in Dum sociatur, & ante,
Et propter, circa, vt sonipes ferus ante domandum.

GErundijs in Dum, præponuntur præpositiones, Ad Ob, Inter. Cic: Tusc. lib. 5. *Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.* Idem in Ver. lib. 2. *Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius; eum à quo pecuniam ob soluendum acceperis, condemnare?* Liu: ab vrb. 2. *Ipse interspoliandum corpus hostis, veruto percussus, inter primam curationem expirauit.*

2. Præponuntur & ante, circa, & propter, sed rariùs, & ferè apud Poëtas. Virg: Geor. 3. *Namq; ante domandum, ingentes tollunt animos.*

Appendix P. C. M.

1. Præpositio Ad, cum Gerundio in Dum, frequenter sequitur verba motûs. Cic: de Orat. *Nunc contra pleriq; ad honores adipiscendos & Rempub: gerendam nudi veniunt atque inermes.* Liu: 1. ab vrbe. *Mittunt ad oppugnanda castra.*

2. Item adiectiua, facilis, difficilis, paratus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehemens, & horum similia. Cic: lib. 1. de Fin. *Neque me segniorem ad respondendum reddisti.* Idem pro lege manil. *Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus, est visus.*

Gervndia in Do.
Præceptum IV. P. M.

Do finita, solent partes aliquando præire,
Quæ sextum ante eunt: modo nulla. Vt, fessus orando.

GErundia in Do, modo sine præpositione in oratione adhibetur: Cic: Attic: lib: 13. *Plorando defessus sum.* modo præpositiones, maximè, A, Ab, De, In, assumunt. Idem Tuscul. lib: 3. *Ab inuidendo autem rectè inuidentia*

dici potest. Idem Curioni lib. 2. *Etenim quis est tam in scribendo impiger, quàm ego?* Idem ad Attic: lib. 9. *Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.*

2. Nonnunquam E, vel Ex, Cum Pro Plau. Aul. *Heus senex, pro vapulando hercle abs te mercedem petam.* Quin lib. 1. cap. 4. *Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est.*

Appendix II generis. P. S. C.

1. Gerundia in Do, & Dum, quibus præpositio adiuncta est raro sequitur casus. Var. de re Rust: lib: 3. cap. 9: *In supponendo oua obseruant, vt numero sint imparia.* Qui eleganter loqui volet, Ciceronem imitabitur, qui hoc loquendi genere ferè abstinet.

2. Gerundia in Do, etiam cum his verbis motûs coniunguntur. Cic: de clar: Orat. *Iidem traducti à disputando ad dicendum.* Ter: Adelph. *Id non fieri ex vera vita, &c. sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.*

3. Gerundia in Do, dandi casû actiuæ significationis raro reperiuntur. Pl: Ep. *Epidicum quærendo operam dabo.*

De Gerundijs Passiuis.

Præceptum V. P. M. C.

Oderunt omnes Passiua Gerundia casus.

Gerundia, quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt. Quint. *Memoria excolenda sicut alia omnia augetur.* Plin: lib. 33. cap. 15. *Rubens ferum non est habile tundendo.*

Idem lib. 1. cap. 6. *Bituminata, aut nitrosa vtilis est bibendo.* Sall. Iugurt. *Pauca supra repetam, quò ad cognoscendum omnia illustria magis, magisq; in aperto sint.*

De Ratione variandi Gerundia, siue de Gerundijs.

Præceptum VI. P. M. C.

Quæ

Quæ Quarto gaudent, velut adiectiua ligantur,
Dum genus & numerus Quarti casusq́; Gerundi
Permaneant: vt Homo pacis studiosus alendi:
Sic variatur Homo pacis studiosus alendæ.

GErundia quæ Accusatiuo casu gaudent, ferè elegantiùs more adiectiuorum adhunc modum efferuntur. *Pompeius studiosus fuit Remp: defendendi, ciuesq́; seruandi: Pompeius studiosus fuit Reipub: defendendæ, ciuiumq́; seruandorum:* ita vt Gerundij casus maneat, seruato tamen genere, ac numero accusatiui: quæ Gerundiua dicuntur à quibusdam. Cic: Phil: 4. *Princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui.*

Idem Cur: 2. *Hoc quidquid attigi, non feci inflamandi tui causa, sed testificandi amoris mei.* Liu: ab vrb. 2. *Interiecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curandis, supplendoq́; exercitui satis esset.* Cic: app: 3. *Animum tuum promptum, & alacrem, perspexi ad defendendam Rempub:* Idem Treb: lib: 13. *Omne desiderium literis mittendis, accipiendisq́; leniam.* Liuius ab vrbe 7. *Prælia de occupando ponte crebra erant.*

Participiale verbum in Dum.

Præceptum VII. P. M. C.

Participiale petit verbo Est comitante, Datiuum.
Communem, & casum verbi, fuit vnde propago:
Vt, vincendum est nobis hostem, aut Marte cadendum.

VErbum Participiale in Dum, accedente verbo substantiuo, datiuum postulat omnibus verbis communem. Liu: Bel: Pun. 1. *Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites est.*

2. Præter datiuum communem, etiam casum sui verbi admittit. Cic: 2. Tusc. *Vno tibi iudicio est vtendum. Tibi,* casus est communis; *Tuo iudicio,* proprius est verbi.

APPENDIX I. generis. P. M. C.

Actiuæ quum vocis erit gradus ordine Quartus,
Participiale licet passiue inuertere verbum:
Æternas nobis pœnas in morte timendum:
Sunt pœnæ æternæ nobis in morte timendæ.

Si tamen casus verbi fuerit accusatiuus, mutabitur participiale actiuum in passiuum, hoc modo: *Petendum est tibi pacem. Petenda est tibi pax. Timendum est nobis pœnas æternas, Timendæ nobis pœnæ æternæ.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

Prisci etiam actiuo vsi sunt cum accusatiuo. Lucr. *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.* Veteres imitatus est Verg: 11. *Alia noua Latinis Quærenda, aut pacem Troiano à Rege petendum.* Id quod vix etiam in carmine videtur imitandum.

DE SVPINIS.

CAPVT XI.

SVPINA in Vm.

Præceptum I.

Prima supina præit nullus, post addere patrum
Casus cuncta solent: & motus verba sequuntur.
Vt vado inuisum priscæ Capitolia Romæ.

SVpina in Vm, amant verba, quæ motum adsignificant. Ter: Phorm. *Percontatum ibo.* Idem Heaut. *Abi deambulatum.* Liu: ab vrb. 2. *Coriolonus damnatus abiens, in Volscos exultatum abijt.*

2. Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent. Cæs. *Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.* Ter: Phorm. *Me vltro accusatum aduenit.*

SVPINA in V.

Præ-

Præceptum II. P. M. C.

Mobilibus sine casu hærent extrema supina,
Suntq́, eadem passiua ferè: vt mirabile dictu.

SVpina in V, fere passiuæ significationis sunt sine casu adhærentq; nominibus adiectiuis. Cic: Attic. 7. *Quod optimum factu videbitur, facies.* Idem Phil: 4. *O rem non modò visu fœdam, sed etiam auditu.*

Appendix II. generis.

Videntur interdum significare actionem, & verbis etiam adhærere. Pla: Men. *Obsonatu redeo.* Cato de re rust. cap. 5. *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.*

DE PARTICIPIIS.

P. M. C. G.

CAPVT XII.

Præceptum I.

Quæ casus, & tempus habent, moderamina sumunt
A verbis, genus vnde trahunt: velut vrbe potitus.

PArticipia eosdem casus habent, quos verba à quibus proficiscuntur. Liu: ab vrb. 1. *Ancus ingenti prædâ potitus, Romam redit.* Cic: in Pis. *Abiectum, contemptum, despectunt à cæteris, à te ipso desperatum, & relictum, adu antem omnes, videre te volui: vidi.* Curt: 9. *Is regi cum omnis generis donis, non ipsi modo ea, sed etiam amicis eius daturus occurrit.* Cic: Lent: lib. 1. *Totus est nunc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus.*

Appendix I. generis. P. M.

Præteriti Passiua etiam, & quæcunque futuri
Nomina præcipuè iam facta: vt notus, amandus.
Sunt terno contenta gradu, Tria verò Perosus,
Exosus, Pertæsus amant adiungere Quartum.

1. Participia Passiua præteriti, & futuri temporis, maxime cùm fiunt nomina, etiam datiuo gaudent. Cic: de Sen. *Sperare videor Scipionis amicitiam & Lælij, notam posteritati fore.* At nisi transeant in nomina, frequentiùs ablatiuo adhærent apud Oratores, pro Mil. *Diu vexati à perditissimis ciuibus, &c.* Idem ad Marc: lib. 15. *Non putabam à me scribenda esse publicè, &c.*

2. Verba Deponentia, quæ accusatiuo iunguntur; præter participia significationis actiuæ, habent etiam participium in Dus, passiuæ significationis: vt, sequendus, imitandus. Cic: Offic: 1. *In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est.* Idem Famil: 5. *Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus sum.* Interdum etiam vtendus, potiundus, fruendus, reperiuntur: quod olim accusatiuum admitterent. Terent. Heaut. *Quod illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est.* Cic: Tusc: 5. *Et grauiter feras, quod vtendum acceperis reddidisse.*

3. Exosus, perosus, accusatiuum poscunt. Curt. lib. 7. *Persarum te vestis, & disciplina delectat, patrios mores exosus es.* Liu: ab vrb. 3. *Plebs Consulum nomen haud secus, quam Regum perosa erat.* Suet: in Cæs: cap. 7. *Quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset.*

Participia facta Nomina.

Præceptum II. P. C.

Nomina cùm fiunt Ans, Ens, finita, rogandi
Suscepêre gradus: vt, Amans, patiensq́, laboris.

PArticipia in Ans, Ens, interrogandi casu gaudent; cùm fiunt nomina. Ter: Phorm. *Herus liberalis est, & fugitans litium.*

Cic: Attic: lib. 9. *Boni Ciues, amantes Patriæ.* Sal. Bel. Cat. *Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, supra quàm cuiquam credibile est.* Cic: ad Qu. Fr. lib. 1. *Fert grauiter homo,*

mo, & mei amantissimus, & suæ dignitatis retinens; se apud te neque amicitia, neque iure valuisse.

Temporis exacti, Patrio quoq; digna: profusus
Expertus, Consultus erunt, inuictus habenda.

2. Nonnulla etiam præteriti temporis: vt Consultus Coctus. Cic: in Ant. Phil: 9. *Neque enim ille magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit.*

Sal: Bel: Catil. *Alieni appetens, profusus sui.* Liu: Bel: Maced. 10. *Seruitutis, indignitatisq; homines expertos, aduersus notum malum firmatos esse.* Horum quædam liberiùs à Poëtis & Historicis videntur vsurpari.

Præteritum, aut præsens adsignificantia tempus,
Distinctos genuêre gradus, cum nomina fiunt.
Sicut ab Obseruans obseruantissimus exit.

3. Participia præsentis, præteritiq; temporis, quando nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic: Lent: lib. 1. *Vtor ad omnia Quinto Silicio, quo neque prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide maiorem esse iudico, neq; amantiorem tui.*

Idem Tironi lib. 16. *Cùm commodè, & per valetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tuî veni.* Idem Attic: lib. 6. *Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius.* Idem in Verr. l. 5. *Hæc tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime, cùm scires cum tanto periculo tuo fieri paterere, atq; concederes.*

Conuenit, aut debet, verbo EST comitante futurum
Significat ceu classis erat mittenda Corinthum.

4. Participijs futuri temporis, addito verbo substantiuo, eleganter vtimur pro Debere, vel Oportere. Terent: Phorm. *Frater non est expectandus mihi.* Cic: pro Fonteio. *Orandus erit nobis amicus meus Pletorius.*

Appendix II. generis P. S. C.

1. Illa scitus vadorum, victus, erectus, falsus animi,

Poëtica sunt. Eruditus cum genitiuo, nondum legi apud idoneos auctores, sed cum ablatiuo, quem casum à suo verbo accepit. Cic: in Brut. *Non tàm in dicendo admirabiles, quàm docti & Græcis literis, & Latinis.* Peritus frequentissimè cum genitiuo iungitur, quod quipiam à Perio Prisco verbo deducunt. Idem in eod. *L. Cælius iuris valde peritus.* Idem pro Cluent. ablatiuo vsus est. *Quis C. Octauio ingenio prudentior, iure peritior?* Apud eundem & Cæsarem, *vsu peritus.*

2. Hæc tria, Eruditus, Doctus, Peritus, interdum, Præpositionem Ad, cum Accusatiuo admittunt. Ad Qu. Fr. 1. *Diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi.* Ter: Hecy. *In eodem mihi videtur omnes ludo doctæ ad malitiam.* Cic: de Orat. *Iurisconsultus, qui legum & consuetudinis ad respondendum, & cauendum peritus sit.*

3. Genitiuum itidem petunt, Indoctus, Imperitus, Insuetus, quæ ex Participijs sunt composita. Cic:Attic:lib. 2 *Tam insuetus contumeliæ.* Cæs: lib. 7. Bel. Gal. *Insuetus laboris.* Cic: 3. Ver. *Homo omnium rerum imperitus quærit, quid sit ad perpendiculum.*

DE CONSTRVCTIONE NOMINIS.

CAPVT XIII.

De Genitiuo post Nomen Substantiuum.

Præceptum Primum. P. M.

Si duo continues variarum nomina rerum
Fixa, vnum Patrio dandum est, velut Arma gigantum.

QVotiescunque duo nomina Substantiua, rerum diuersarum in oratione continuantur, alterum erit geni-

genitiui casus Cic: in Pis. *Supplicium est pœna peccati.* Idem ad Cælium lib. 2. *Mirum me desiderium tenet vrbis.* Idem de Amic. *Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.*

Appendix I. generis. P. M.

Mobile fixa imitans fixæ moderamina vocis
Sunt vt exiguum lucri, Suprema laborum.

Adiectiua cum substantiuè ponuntur, more substantiuorum construuntur. Cic: de Senect. *Tantum cibi & potionis ad bibendum, vt reijciantur vires: non opprimantur.*

Idem in Verr. 2. *Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis verbibus, ædibus, delubris fuit, id mihi tu, C. Verres eripuisti, atque abstulisti.* Liu: ab vrb. 1. *Albano non plus animi erat, quam fidei.*

De Genitiuo, vel Ablatiuo post nomen Substantiuum.

Præceptum II. P. M.

Cum fixa important laudem, aut contraria Sextum.
Vel patrium sibi iure solet assumere casum:
Vt Rudis ingenij iuuenis; Rara indole Princeps.

SVbstantiua quum ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitiuo, vel ablatiuo gaudent. Cicero ad Marcel, lib. 4. *Neque monere te audeo, præstanti prudentia virum, neque confirmare maximi animi hominem, virumque fortissimum.*

Plin: lib. 7. cap. 2. *Choromandorum gentem, Ctesias vocat TaroSyluestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.*

De Genitiuo, post nomen adiectiuum.

Præceptum III. P. M. C.

Adiectiua, quibus Communio, Copia n bis
Significabuntur, rerumuè scientia iunctis:

Ipso-

Ipsorum oppositis, Genitiuis iungito rectè.
Vt, Certus, Largus, Prudens, Incertus, Auarus.

ADiectiua quæ Scientiam, Communionem, Copiam: & his contraria significant, genitiuo iunguntur vt Peritus, Ignarus, Particeps, Expers, Plenus, Inanis. Cic: in Bruto. *Fabius Pictor & iuris, & literarum, & antiquitatis beneperitus fuit.*

Idem de Orat: lib. 1. *Antonius omnis eruditionis expers atq; ignarus fuit.* Idem de Fin. lib. 5. *Virtutes ita copulatæ connexæq; sunt, omnes omnium participes sint.* ad Papyrium lib. 9. *Stultorum plena sunt omnia.* De Orat: lib. 1. *Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus.*

2. Item quædam in Ax, Ius, Idus, & osus. *Philosophus tenax recti, nullius culpæ conscius, abidus virtutis, studiosus literarum.* Quibus adde memor, Immemor, Securus. Quint. lib. 1. cap. 1. *Tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus.*

Cic: ad C. Antonium l. 1. *Cùm T. Pompeius, homo omnium meorum in te studiorum conscius, tui cupidus nostri amantissimus ad te proficisceretur, &c.* Idem Phil. 2. *Quod immemor beneficiorum, memor patriæ fuisset.* Curt: lib. 9. *Securi casus eius, qui superuenit ignaris.*

DE PARTITIVIS.

Præceptum IV. P. M.

Partitiua sibi, Numeralia Mobile nomen,
Partitiua imitans Patrum pluralis habento:
Vt, Nemo vestrum pauci, minor, optimus, vnus.

PArtitiua genitiuo multitudinis gaudent. Cic: de Natura Deorum, libro 1. *Elephanto belluarum nulla prudentior.*

Idem de Senect. *Minus habeo virium, quam vestrum*

vter-

vterius. Idem ad Qu: Fr. l. 2. *Domus vtriusq; nostrum ædificatur strenuè.*

2. Item numeralia nomina, Curt. lib. 8. *Octoginta Macedonum interfecerunt.*

Ibidem ibid. *Nolo singulos vestrum excitare.*

3. Denique quæcunque adiectiua quæ partitionem significant, interrogandi casum possunt admittere. Cic: de Senect. *Multæ etiam istarum arborum, mea manu sunt satæ.*

Liu: Bel: Mac. 1. *Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorum, Vt manerent persuasit.* Curt: lib: 10. *Cùm Labarum nigræ nullum colorem bibunt.*

SCHOLION.

1. Primitiua sunt. *Alius, Aliquis, Alter, Alteruter, Nemo, Neuter, Nullus, Pleriq;, Quis, Quicunq;, Quidam, Quilibet, Quisquis, Quispiam, Quisquam, Quisque, Quotus, Solus, Vllus, Vnus, Vnusquisque, Vter, Vterque, Vtercunque, Vterlibet, Vteruis,* & alia complura.

2. Numeralia sunt, *Vnus, Duo, Tres, Quatuor,* & cætera cardinalia.

3. Ordinalia: *vt, Primus, Secundus, Tertius, Quartus, &c.*

4. Distributiua: *vt, Singuli, Terni, Quaterni, &c.* de quibus in Rudimentis egimus.

DE SVPERLATIVIS.

Præceptum V.

Appositis vtere gradus vbicunque supremi
Cum Patrio alterius numeri, si pluribus vnum
Eiusdem generis confers, aut plurima multis.
Vt, Lapidum gemmæ. Rerum est pulcherrima virtus.

SI multa eiusdem generis comparentur, vtendum est Superlatiuo cum genitiuo plurali. Cic: Tuscul: lib. 1.

Theo-

Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum, & eruditissimus, non magnopere reprehenditur.

Plin: lib: 35. cap. 1. *Demosthenes summus Oratorum Græciæ.*

Appendix I. generis. P. M. C.

Sunt etiam Patrio, numeri donanda prioris
Cum Collectiuo: vt Libiæ mons maximus Atlas.
Et Partitiua: vt Generis quicunque Latini.

1. Tum Superlatiua, tùm Partitiua, etiam Genitiuo singulari, qui multitudinem significet, coniunguntur. *Sex: Nauium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos ornatissimos nostræ Ciuitatis.*

Quando eadem fixis casus sociantur eodem,
In genere, & numero pariter concordia fiunt.
At genus ex patrio sumunt, quum fixa silentur.
Vt, Patrum summos, iuuenum plerosque remisi.

2. Tum Superlatiua nomina, tùm Partitiua, quæ cùm suis substantiuis casu cohærent & genere, & numero consentiunt. Cic: de Nat: Deor: 2. *Indus qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit.*

3. Quod si nullum sit substantiuum; cum genitiuo quod attinet ad genus, consentiunt. Liuius ab vrbe *Summi infimiq; Gabinorum Sext: Tarquinum domo Deûm sibi missum ducem credere.*

Quint: lib. 9. cap. 4. *Equidem Ciceronem sequar; nam eminentissimos Græcorum est sequutus.* Pli. li: 22. ca: 45. *Sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescuntur.* Idem lib: 10. cap. 25. *Ouorum alia sunt candida, vt columbis perdicibus: alia pallida, vt aquaticis, &c.*

Appendix II. generis P. M. C.

1. Genitiuus quum superlatiui, tum partitiui, in abl

tiuu

tiuum cum præpositione, E, vel Ex, De, mutari potest. Cic: pro Clu. *Ex his omnibus natu minimus C. Saturnius in eadem sententia fuit.*

Idem ad Tir. 16. *De tuis innumerabilibus in me officijs erit gratissimum.* Phil. 10. *Permitto vt de tribus Antonijs, eligas quem velis.* Quint Decl. 6. *Timui ne quem ex meis viderem.*

2. Mutatur interdum genitiuus superlatiui in accusatiuum cum præpositione Inter, vel Ante. Cicero pro Sex: Rosc: *Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.*

Liu: ab Vrbe 1. *Multitudini gratior fuit, quàm patribus, longè ante alios acceptissimus militum animis.*

3. Itaque harum præpositionum adminiculo licebit nobis has, & harum similes locutiones, quæ parum Latinæ putantur, (*Franciscus est optimus suorum fratrum : Antonius est doctissimus aliorum*) sine vlla Grammaticorum reprehensione efferre, hoc modo : *Franciscus inter suos fratres optimus numeratur, vel habetur : Antonius longè ante alios, vel inter cæteros doctissimus est.*

4. Neque tamen damnandi videntur, qui cum huiusmodi adiectiuis copulant superlatiua. *Antonius est doctissimus suorum fratrum, vel cæterorum adolescentium, &c.* Certè M. Tul Cic: pro Sext. Roscio, ferè eodem more locutus est. *Sextius, inquit, Roscius Pater huiusce, municeps Amerinus fuit, quum genere, & nobilitate, & pecunia non modò sui municipij ; verùm etiam vicinitatis facilè primus.* Primus sui municipij, quid aliud est, nisi suorum municipum primus.

Item A. Gel lib. 8. cap. 12. *Vir ætatis suæ doctissimus.* perinde ac si dixisset : *suorum æqualium doctissimus.* Plin: lib. 34. cap. 10. planè ita loqui non dubitauit, cum ait. *Ostracitis tota nigra, & cæterarum sordidissima.* Tacit in

Aug-

Aug. *Hi sunt cæterorum Britannorum fugacissimi.*

5. Licet etiam vti verbo pro Superlatiuo adhunc modum: *Antonius eruditione cæteris condiscipulis antecellit:* vel *suos inter æquales longè doctrina præstat, &c.* Cic: de Cla: Orat. *Vterque æqualibus suis plurimùm præstitit.* Idem 2. de fin. *Homini, qui cæteris animantibus plurimum præstat, &c.*

6. Superlatiua præter proprium casum, admittunt etiam casum suæ positionis. Cic: de Clar: Orat. *Fuit Sex: Ælius iuris quidem ciuilis omnium peritissimus.* Omnium superlatiui, Iuris ciuilis, positiui casus est.

7. Admittit & genitiuum partitionis, more nominum vnde formantur. Plinius lib. 9. cap. 51. *Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio pariunt.*

De Genitiuo, vel Datiuo post Nomen.

Præceptum VI. P. C.

Terno, vel patrio similis cum stirpe fruetur.

NOmina, quæ similitudinem, aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigunt. Terent: in Eun: *Domini similis.* Cic: de fin. l. 5. *Non video, cur non potuerit patri similis esse filius.*

Idem in Ant. Phil. 2. *Antonius saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium.* Idem de Clar: Orat. *Nihil tàm dissimile, quàm Cotta Sulpitio.*

2. Item Communis, Proprius. Cic: de Sen. *Id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.* Id: pro Sext: Rosc. *Quid tàm commune, quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis?* Plin: lib. 7 cap. 25. *Cæsari proprium, & peculiare fuit, præter supra dicta, clementiæ insigne.* Proprius tamen, tutiùs & elegantius genitiuo iungi videtur.

De Datiuo post Nomen.

Præceptum VII. P. M. C.

Si Favor appositis, aut Gratia, sive Voluptas,
Commoda, sive Fides, aut his adversa notantur:
Ternum habent casum: veluti Rex gratus amicis.

NOmina quibus Commodum, Voluptas, Gratia, Favor, Æqualitas, Fidelitas, & his contraria significantur, Datiuum poſcunt: ſic Conſul ſalutaris, pernicioſus Reipublicæ. Iucundus, Moleſtus, Gratus, Inuiſus, Propitius, Infeſtus ciuibus. Fidus, infidus imperio. Par, impar tanto oneri. Cicero ad Cæc. lib. 6. *Erat meum consilium tum fidele Pompeio, tum salutare vtrique.* Idē ad Attic. l. 12. *O gratas tuas mihi iucundasq; literas.*

2. Item verbalia in bilis: vt Amabilis, Formidabilis, Optabilis. Cicero in M. Anton. Phil. 7. *Pax præsertim civilis quamquam omnibus bonis; mihi tamen inprimis fuit optabilis.*

3. Præterea conſcius, conſentaneus, ſupplex, obvius, obnoxius, penitus, & nonnulla, quæ ex Præpoſitione Con, componuntur: vt, Concors, concolor, confinis, conterminus. Cic: Tuſc: lib. 2. *Mihi conscius sum nunquam me nimis cupidum fuisse.* Idem in M Anton. Phil. 9. *Sulpitij mors consentanea vitæ fuit, sanctissimè honestissimèq; actæ.* Cic. Attic. lib. 6. *Volent mihi obviæ literæ tuæ.* Ter. Adelp. *Fratri ædes fient perviæ.* Plin. l. 12. cap: 8. *Contermina Indis gens Ariana appellatur.*

Appendix II. generis P. S. C.

1. Fidus frequentiſſimè Datiuum habet; cum genitiuo rarò admodum reperitur. Virgil. 12. *Præterea Regina tui fidissima, dextrâ occidit ipsa suâ.*

2. Par, apud Poetas etiam genitiuo caſui adiungitur. Lucan. lib. 12. *Quem metuis, par eius erat.*

3. Æqualis cùm ad ætatem tempusq; refertur, ferè genitiuum habet. Cic: 4. de Fin. *Conferam autem auunculum tu-*

lum tuum C. Graccho eius ferè æquali.

4. Quæ in bilis exeunt, passionem significant. At Penetrabilis, sæpè apud Poëtas activè ponitur. Virgil. 10. *Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.* Sic 1. Geor. *Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

5. Conscius cùm ad personas refertur, Dativum habet. Ter: Adelp. *Conscia mihi sum, à me culpam hanc esse procul.* Cùm verò ad rem, genitivo frequentissimè iungitur. Cicero pro Cæl. *Multarum rerum conscij sunt servi.* Interdum dativo. Ibidem. *Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia.* Pro Clod. *Conscium illi facinori arbitrabantur.*

De Dativo vel Accusativo cum Præpositione Ad, post Nomen.

Præceptum VIII. P. M. C.

Ternum, vel quartum voce Ad, comitante reservant
Commodus & propior: tum habilis, cũ pignore promptus,
Vtilis, Appositus, Proclivis, Inutilis, Aptus.

ACcommodatus, appositus, aptus, idoneus, habilis, vtilis, inutilis, natus huic rei, vel ad hanc rem, & alia huiusmodi. Cic. in Pis. *Ille gurges atque helluo, natus ad domini sui, non laudi, atque gloriæ.* Idem de Clar: Orat. *Cn. Pompeius, vir ad omnia summa natus.*

Scholion. P. M. C.

Horum quædam frequentiùs videntur cum Accusatiuo copulari. Cic: de Senect. *Ad multas res perutiles Xenophontis libri sunt.* De Orat. 1. *Si mihi calceos Sycionios attulisses, non vterer; quamvis essent habiles & apti ad pedem.* De Amic. *Nihil est tam aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas, quàm amicitia.* In Verr. 7. *Homo appositus ad istius audaciam.*

De Accusatiuo, vel Ablatiuo post nomen.

Præce-

Præceptum IX. P. M. C.

Mobile mensuræ quartum, sextumq́; reposcit:
Vt, septem scrobs, alta pedes, & lata duobus.

ADjectiua, quibus generalis dimensio significatur, Accusatiuum, vel Ablatiuum casum postulant, qui certam mensuram significet. Cato de re Rust. cap. 18. *Trabem longam imponito, latam pedes duos, crassam pede vno.* Liuius Bell Maced. 7. *Fossam sex cubitis altam duodecim latam cùm duxisset.* Col. lib. 5. cap. 3. *Esto ager longus pedes mille, & ducentos, latus pedes centum viginti.*

Appendix II. generis P. S. C.

Interdum adhibetur Genitiuus. Col. l. 11. c. 2. *Medica singulos cyatos serere oportet in areolis longis pedum denum.*

DE ABLATIVO POST NOMEN.

Præceptum X. P. M. C.

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus divesq́; potensque,
Tum fretus, vacuus tum captus, præditus orbus,
Indignus, liber, Viduus sibi iure Latinum
Assumunt casum: vt, Summo vir dignus honore.

Livius lib. 5. Dec. 4. *Hoc jusiurandum, patria extorrem in tuam regiam adduxit.*

Cicero Attic. lib. 7. *Huic tradita vrbs est nuda præsidio referta copijs.* Idem Cæs. 2. *Tu mihi obviam mitte epistolas te dignas.* Idem pro Quint. *Mediocri quæstu contentus esse non poterat.* Idem in Brut. *Cn. Lentulus non tardus sententijs non inops verbis.*

Idem in Verrem lib. 5. *Locuples copijs civitas.*

Appendix P. M. C.

1. Alienus interdum cum Dativo reperitur. Cic. pro

Cæc: *Id dicit, quod illi causæ maximè est alienum.* Sed fortasse datiuus est communis. Nonnunquam etiam cum genitiuo. Cicero de fin. *Quid alienum putet eius esse dignitatis.* Vsitatiùs tamen Ablatiuo iungitur. Immunis etiam sæpè cum genitiuo apud Poëtas. Virgil. *Belli immunis.* Ouid. *Nullum passa iugum, curuiq; immunis aratri.*

2. Interdum tamen alienus, & alia quædam ex his, de quibus paulò post in præcepto XII. præter ablatiuum, præpositionem habent A, vel Ab, Cic: epist: *Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua,* Idem Offic: *Si ab omni animi perturbatione liber sis.* Idē de Ar. resp: *Mea domus ab ista religionis suspicione vacua, atq; pura est.*

3. Quædam præterea ex his etiam genitiuum, raro tamen admittunt. Balbus ad Cic. 8. ad Attic: *Obsecro te, mi Cicero suscipe curam, & cogitationem dignissimam, tuæ virtutis.* Indignus, orbus, cassus, onustus, eundem casum, rarissimè tamen recipiunt. Diues etiam apud Poëtas. Virgil: lib. 2. Geor. *Diues opum variarum.*

4. Plenus cum genitiuo eleganter, & frequentissimè iungitur, de quo supra Præcepto III.

Opus Præceptum XI. P. M. C.

OPus nomen adiectiuum. accedente verbo substantiuo, ablatiuum postulat. Ter. And. *Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro.* Cic Attic: lib. 12. *Apud Terentiam gratia opus est nobis, & tua auctoritate.*

2 Sæpè etiam cum substantiuis more adiectiuorum consentit, neq; tamen in casus declinatur. Idem ad Cur: lib. 2 *Dux nobis & auctor opus est.* Ad Ty. lib. 16. *Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus.* Attic 6. *Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi* Liu. Bel: Pun: 10. *Scipio ad comparanda ea, quæ opus erant, tempus habuit.*

Appendix II. generis P. M. C.

1. Opus cum genitiuo raro reperitur, nec iam videtur vsur-

vsurpandum. Planc. Cic: 8. *Sed aliquantum nobis temporis & magni laboris & multæ impensæ opus fuit, &c.* Nisi fortè subest aliqua figura, quæ nos lateat, nam *temporis*, ab aliquantum pendet; genitiui verò *Laboris* & *Impensæ*, non video vnde pendeant. Iungebant prisci etiam accusandi casum Plaut: Truc: *Puero opus est cibum.*

2. Vsus cum opus significat, eodem modo ferè construitur. Virg. lib. 1. *Nunc viribus vsus.* Cicero vtitur, sed sine casu 4. Tusc. *De cæteris studijs, inquit, alio loco dicemus, si vsus fuerit.* Liu: addit genitiuum Pronominis 3. ab vrbe. *Si quis vsus est mei.*

De Ablatiuo cum Præpositione.

Præceptum XII. P. M. C.

Ordinis accipiunt sextum Numeralia, iunctis
A, vel Ab, Extorris, Nudus, Diversus easdem
Incautus, Fugitivus amant, Innoxius, Exul,
Aversus, Securus, Inops, Alienus, & Orbus,
Integer atque Alius, cum Degener, adijce Purus,
Castus, & Immunis, Vacuus cum Sospite Liber,
Absonus ac Tutus, Profugus: velut Exul ab vrbe.

ADjectiua adversitatis, & numeralia ordinis, Ablatiuum cum Præpositione *A*, vel *Ab*, admittunt. Acad. 4. *Certa cum illo, qui à te totus diuersus est.*

Idem ad Attic. 6. *Navigationis labor alienus ab ætate nostra.* Idem Acad: 4. *Post autem confecta à Carneade, qui est quartus ab Arcesila.* Hir. Bel. Alex. 4. *Imperio & potentiâ secundus à Rege.*

2. Item Securus, Liber, Vacuus, Purus, Nudus, Inops, Orbus, Tutus, Extorris. Plinius lib. 28 cap. 9 *Securus à metu somnus.* Cic: in Verr. 4. *His quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestiâ, munere.* Idem pro Domit. *Tam inops, aut ego*

aut ego eram ab amicis, aut nuda resp: à magistratibus.

De comparatiuis.
Præceptum VIII. P. M. C.

Si duo cuiusuis generis, vel plurima confers
Diuersum sortita genus dignabere sexto
Collatiua gradu: vt dantur maiora periclis
Præmia: sed doctus omni pretiosior auro.

COmparatiuo vtimur cum Ablatiuo, cum plura diuersi generis comparantur. In Catil: 1. *Luce sunt clariora nobis tua consilia.* Cur: lib. 9. *Maiora sunt præmijs pericul*

2. Vel cùm duo eiusdem, aut diuersi generis conferuntur. Cic: ad Oct. *Quæ non posterior dies acerbior priore, & quæ non insequens hora antecedente calamitosior Popul Rom: illuxit:* Horat: lib. 1. Epist. 1. *Vilius argentum aur virtutibus aurum.*

Appendix I. generis P. C.

Si Quam interueniat, recte gradus ille Latinus
In casum migrare potest, quem verba reposcunt.
Vt: Nibil *vidi horridius quam bella draconum.*

1. Ablatiuus comparatiui intercedente coniunctione Quàm mutari potest in casum verbo congruentem. Cic: in Ver. 5. *Tu innocentior quàm Metellus,* Idem ad Attic: 4. *Nemo vnquam nec Poëta, nec Orator fuit, qui quenquam meliorem, quam se arbitretur.* Liu: Bel. Pun. 20. *Melior certiorq́ue est tuta pax quam sperata victoria.* Ter: in Phor. *Ego hominem callidiorem vidi neminem, quam Phormionem.*

Patitiui etiam patrios, vt cætera poscunt
Mobilia: vt, Iuuenum longe vicere minores.
Ex E, cum sexto: sed habere frequentiùs optant.

2. Comparatiua, quemadmodum & cætera adiectiua, cùm partitionem adsignificant, genitiuum desiderant. Liu: ab vrb. 3. *In hanc sententiam vt descenderetur, iuniores*

Patrem

Patrem evincebant. Horat. in art. *O maior juvenum.*

3 Scriptores tamen sæpiùs Ablativo vtuntur cum præpositione (qui casus partitioni, maximè vbi nomen est comparatiuum, aptissimus est,) e, vel ex. Cicero Attic. lib. 16. *Ante scripta erat epistola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est.*

4. Comparativa pro Adverbijs, multùm, paulùm, tantùm, quantùm, aliquantùm, desiderant Ablativos multò, paulò, tantò, quantò, aliquantò. Cic. 1. Orat. *Est finitimus Oratori Poeta, numeris adstrictior paulò.*

Collativa suis gaudent super addere sextum
Excessus. Vt, Atlas cubito fuit Hectore maior.
Et positivorum proprijs adiungere casus.
Vt, Quis Oreste fuit Pyladi jucundior vnquam.

5. Præter suum casum admittunt comparativa Ablatiuum significantem excessum. Curt: lib: 5. *Turres denis pedibus, quàm murus altiores sunt.*

6 Item casum suæ positionis. Cic. ad Planc. *Mihi nemo est amicitior, nec iucundior, nec carior Attico.*

7. Denique hos Ablativos: Opinione, Spe, Æquo, Iusto, Solito, Dicto, Nihilo. Idem de Clu. *Opinione ego omnium maiorem cœpi dolorem.* Idem 2. de Fin. *Nihilo beatior Iupiter, quàm Epicurus, dempta æternitate.* Idem de Amic. *Neque enim verendum est, ne plus æquo quid in amicitia congeratur.* Liv Bel. Pun. 5. *Sol rubere solito magis.*

APPENDIX II. generis P. S. C.

1. Poëtæ nonnunquam more Græcorum ad Comparatiuum addunt verbum *Magis.* Virg. in Curt. *Quis queat optato magis esse beatior ævo?* Plaut Sti. *Imò enim hic magis est dulciùs.* Idem. *Nam magis multò patior faciliùs verba.*

2. Oratores interdùm, & Historici, alium comparatiuum apponunt. Cic. pro Milone. *Ne libentiùs hæc in illum evomere videar, quàm veriùs.* Livius. *Sanctior, quàm promptior hic habitus fuit.*

Ablatiuus significans laudem, vituperationem, partem.

Præceptum XIV. P. M. C.

Pleraq; Mobilium Partis, Laudisq; Latino
Sunt contenta gradu: vel qui contraria Laudi
Signet: vt, ore niger; voce horridus: inclytus armis.

PLeraque Adiectiva ablatiuum postulant significantem Laudem, Vituperationem, vel Partem. Qu. Cicer de pet. cons. *Non erit difficile certamen cum ijs competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quàm vitijs nobiliores.* Cic: de Orat. *Sunt quidā aut ita linguâ hæsitantes aut ita voce obsoni, aut ita vultu, motuq; corporis vasti, & agrestes: vt, &c.*

Idem in Ver. lib. 3. *Ob jus dicendum Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs poscere pecuniam non dubitavit.* Salust. Bell. Catil. *Ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quod prælio adesse nequibat M. Petreio legato exercitum permittit.*

APPENDIX I. generis P. M. C.

1. Etiamsi Oratores libentiùs Substantiua cum Adiectiuis copulent: vt, Vir summa eloquentia, eximia virtute excellenti ingenio; tamen non rarò ipsis Adiectiuis Ablatiuum laudis, aut vituperationis attribuunt. Cicero 4. de Fin. *Horridiores evadunt, asperiores, duriores, & oratione & moribus.* Idem 4. Tusc. *Vt, vita, sic oratione durus, incultus, horridus.* Ablatiuo partis rariùs vtuntur. Idē 4. Tusc. *Ergo is, quisquis est, qui moderatione & constantia quietus animo est, &c.* Poetæ frequenter. Mart. lib. 12. *Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

1. Ablatiuum partis frequenter in Accusatiuum mutant, Græcos imitati Poetæ. Virgil. Æneid. 1. *Os humerosque*

rosque Deo similis. Horatius Epist. 1. *Excepto quod non simul esset cætera lætus.*

2. Item Historici, sed rariùs Livius Bel: Pun. *Phalarica est Saguntinis missile telū, hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum.* Pompil. Mela. libro 3. cap. 1. *Sarmatæ totum braccati corpus, & nisi qua vident ora etiam vestiti.* Quanquam Accusatiuus, *Cætera*, frequens est apud Livium, & Plinium.

DE CONSTRVCTIONE PRONOMINIS.

CAPVT XIV.

De Genitiuo post demonstratiua Pronomina. Præceptum Primum. P. M. C.

Ostensiva gerunt quoties Pronomina partes
Fixorum, Patrio, velut id rationis, adhærent.

PRonomina Demonstratiua, cùm substantiuè ponuntur, patrium casum admittunt. Cic. ad Cæl. lib. 2. *Hoc ad te literarum dedi.*

Idem de Orat. lib. 2. *Quoniam id temporis est, surgendum censeo.* Idē Attic. l. 2. *Res est eodem loci, quo reliquisti.*

APPENDIX P. M. C.

Huc spectant, hoc commodi novi, noctis, temporis, libertatis. Cic: Attic: lib. 2. *Tantum vide, ne hoc temporis Terentiæ obesse aliquid possit.* Idem. *Id ætatis, solitudinis virum.* Idem Troiano lib. 6. *Ita viximus, & iam id ætatis sumus.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

Pronomen, *Idem*, more Græco, cum Dativo apud Poëtas reperitur. Horat. in Ar. *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* Oratores verò sic loquuntur. Cicero de

Offic. lib. 2. *Peripatetici quondam iidem erant, qui Academici.* Idem in Orat. 2. *Sit igitur hoc cognitum: numeros Oratoriis eosdem esse, qui sunt Poetici.* Idem de Nat. l. 2. *Diannam & Lunam eandem esse putant.* Barbarum igitur videtur, dum veterum exempla desunt, hoc Pronomen, *Idem*, cum Ablativo & Præpositione iungere: vt, *Hoc est idem cum illo* Dicendum enim est: *Hoc est idem atq; illud*, sive, *idem est quod illud*: sive, *Hoc & illud idem est.*

De Genitivo, post Possessiva.
Præceptum II. P. M. C.

POssessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, loco genitivorum, Mis, Tis, Sis, Nostrum, Vestrum, posita, genitiuum postulant. Cicero ad Paul. lib 15. *Molestè fero, me consulem tuum studium adolescentu perspexisse; te meum cùm id ætatis sim, perspicere non posse.*

Idem Philip. 2. *Tuum hominis simplicis pectus nudum vidimus.* Attic. 3. *Non debes mirari non posse me tanto dolori resistere; solius enim meũ peccatũ corrigi non potest.* In Pison. *Iuravi hanc vrbem meam vnius operâ esse salvam.* Pro Mur. *Ex tuo ipsius animo coniecturam cæperis.* Liv. ab vrb. 7. *Quod meum factum dictumvè Consulis gravius, quam Tribuni, audistis.* Gor. Ser. 1. Sat. 4. *Cùm mea nemo, Scripta legat vulgò recitare timentis.*

APPENDIX P. M. C.

Genitiuum *omnium* nondum cum Possessivis legi, sed cum Primitivis: nam illud. Cic. 3. de Nat. *Voluntati vestræ omnium parui*; in omnibus libris legitur. *Voluntati vestrum omnium parui.* Idem in Catil. *Ad omnium vestrum vitam pertinet.*

De Genitivis, Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.
Præceptum III. P. M. C.

Appositum, & verbum patrios moderantia casus.

Quos

Quos tria in I. faciunt, pronomina reposcunt.
Vt, vestri memores, nostri miserescite ciues,

VErba participia, & nomina adiectiua quæ patrium casum postulant, genitiuis Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri gaudent: vt *Meorum nemo recordatur mei. Non sum oblitus tui absentis. Vnusquisque sui curam gerit.* Cic: Att. 3. *Te oro, vt quibus in rebus mei, tui indigebunt, nostris miserijs ne desis.*

Idem in Catil. 4. *Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui.* Idem Attic. 9. *Nihil enim malo, quàm, & me mei similem esse, & illos sui.*

Scholion P. M. C.

1. Nomine verborum intelliguntur etiam Gerundia; & Supina, si quando eorum vsus inciderit: vt. *Non est tempus obliuiscendi vestri, nostri:* non vestrum nostrum.

2. Cùm ijsdem genitiuis mei, &c. copulari possunt participia. Cic: Plan: lib. 10. *Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset; nunquam à tuis consilijs discreparem.* Cic. Len: 1. *Nostram fidem omnes, amorem tui absentis, præsentisq; cognoscent.*

3. Item cum Gerudijs, vt vocant adiectiuis. Cic. Curt. lib. 2 *Hoc quicquid attigi non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.*

Appendix II. Generis P. S. C.

Cum nominibus tum substantiuis, tum adiectiuis, quidam negant hos genitiuos posse iungi; exceptis his, vnius, ipsius, solius, at non video, cur non cum cæteris quoque cum enim non benè Latine dicitur: *Pudet me tui hominis vanissimi, non te miseret mei miseri, & infelicis?* Sic Terent: Heaut. *Atque inopis te non miserescat mei.*

Exceptio I. P. M. C.

Interest, Refertq; suis iunxere Latinis.

Vnius,

Vnius & reliquos, qui possessiua sequuntur:

Vt, Vestra ipsorum refert componere mores.

Interest tamen, & Refert Ablatiuos, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra sibi vindicarunt: quibus ablatiuis addi possunt genitiui vnius, solius, ipsius, cæterique qui possessiuis adduntur: *Meâ vnius interest, Tuâ solius refert. Nostrâ ipsorum interest vitia extirpare. Rempub: administrantiu interest semper vigilare.*

Nostra, vestra omnium tum dices, cùm exempla repeferis; interim tutiùs videtur dici: *Nostrum omnium interest, vestrum omnium, &c.* Cicero in Catil. 4. *Video Patres conscripti, in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conuersos.*

SCHOLION P. M. C.

His additur etiam cuia. Cic: pro Mur. *Ea cædes potissimum crimini datur ei, cuia interfuit: non ei, cuia nihil interfuit.* Verùm cuius videtur vsitatiùs.

EXCEPTIO II. P. M. C.

Partitiua duos Numeralia nomina Vestrum,

Ac Nostrum Mediusq; gradus, Summusq; requirunt:

Vt Nostrum, aut Vestrum primus minor, optimus alter.

Nomina numeralia, partitiua. comparatiua, & superlatiua Genitiuos nostrum, vestrum, exigunt. Curt: lib. 8. *Nolo singulos vestrum excitare*, ad Qu Fr. 2. *Domus vtriusq; nostrum ædificatur strenuè* Idem contra Rull *Omnibus vobis, aut maiori vestrum parti. Maximus natu vestrum.*

Pronomina post substantiua.

Præceptum IV. P. M. C.

Actio cùm datur, aut possessio: nomina fixis

Possessiua suis vel vt adiectiua cohærent.

Vt, mea cura, Tuum studium, sua cuiq; voluntas.

Posse-

POssessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, cohærent cum substantiuis genere, numero, casu cum possessio vel actio significatur: vt, *Liber meus, ager tuus, studium nostrum, labor vester.*

EXCEPTIO P. M. C.

At cùm significant generalem nomina partem
Corporis, aut animi patrijs pulchrè vtimur illis,
Quos tria in I, tantum pronomina prima crearunt:
Vt, Magna res ex parte sui caret, orbus amicis

At si substantiua significant partem aliquam generalem corporis, siue animi: cuiusmodi sunt Pars Dimidium Aliquid: genitiuis primitiuorum vtemur: vt *Nullam partem mei amisi*, hoc est, *non amisi manum, pedem, memoriam.* Cicero de Fin. lib 5. *Cui proposita est conuersatio sui necessè est huic partes quoque sui cariores esse, quo perfectiores sint.* Terent: Andr. *Tetiginè tui quidquam?* Quin. lib. 7. cap. 3. *Minimam partem mei habent.*

APPENDIX I. generis P. M. C.

Cùm tamen est anceps possessio, & actio fixa
Cum possessiuis velut adiectiua ligantur.
Vt Tua cura, Tuum studium, quibus omnia vincis
Paßio nominibus cùm significatur eisdem
Quos tria in I, faciunt pronomina prima ligamus
Vt, Me ingrata tui capient obliuia nunquam
Iungitur interdum pariter pronomen vtrumque
Vt Tua longa sui torquent obliuia matrem.

1. Substantiua, quibus ambigua est significatio, vt Caritas, amor, memoria desiderium, cura, itemq; cætera; si possessionem, actionemuè significant, possessiuis adhærescunt: vt, *Amor meus, desiderium meum, quo amo desideroq́.*

2. Sin possessionem significent, genitiuos, mei, tui, sui, nostri, vestri: vt Cic: Attic. lib. 7. *Dionisium flagrantem desiderio tui, misi ad te.* Idem pro Planc. 10. *Me impulit tui caritas*

caritas. Id: ad Qu. Fr. *Nunc decedens relinque, quæso, quam iucundissimam memoriam tui.* Quint. Dec. 6. *Postquam mei cura discesserat.*

3. Aliquando vtrumque coniungitur. Cic Artic: 11. *Nicias tua sui memoria delectatur.* Idem Cor. lib. 32. *Grata est mihi vehementer memoria nostri tua.*

APPENDIX I. Generis P. S. C.

1. Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc obseruatur. Nam crimen meum, vulnus meum, iniuria mea, dicitur etiam mihi facta. Item imago mea, Tua, sua, nostra, vestra non solum quæ possidetur, sed etiam quæ refert, & representat. Plan: Men. *Tua est imago tam consimilis tibi, quam potest.* Cic: pro Sex. Rosc. *Vt effictos mores nostros in alienis personis, expreßamq́ imaginem nostram vita quotidiana videremus.*

2. Præterea causa mea, tua, sua, nostra vestra, Cic. ad Cæs: 15. *Abesse te mea causa moleste fero, tua gaudeo.* Id. Tir: lib. 16 *Non tam mea causa, quam tua doleo te non valere,* & alibi frequenter Papinianus *Causa mei.* Vlp. *sui dixit.* Malim cum Cic: ea loqui Mis, Tis, apud Dona: Prisc. Seruium pro meis. tuis, potiùs ponuntur, quam pro genitiuis; vt Sas, & sis, pro sui, suis.

Reciproca Sui, sibi, se.
Præceptum V. P. M.

Terna se quoties persona reflectitur, vllo
Absque errore, Sui voce vtimur: vt, Sibi mendax
Lingua nocet. Se homini gladiô succurre necanti.

RE ciproca Sui, Sibi, Se, vtimur, cùm tertia persona transit in seipsam; siue in recto, siue in obliquo: vt *Cæsar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.* Cic: de Fin. 5. *Eorum est hæc querela, qui sibi cari sunt, seque diligunt.*

Idem

Idem de Nat. Deor. 1. *Ipse sibi displicet.* Idem in Catil. lib. 4. *Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui.*

APPENDIX P. M C.

Vtimur hoc itidem, verbo accedente secundo:
Vt, Sibi des veniam supplex Masinissa precatur.

Etiam accedente altero verbo, reciprocum vim suam retinere solet. Cic. in Orat. *Ne ipse quidem suâ tanta eloquentiâ mihi persuasisset, vt se mitterem.* Idem Attic. 5. *Qui etiam à me petierit, vt secum, & apud se essem quotidie.*

APPENDIX II. generis P. S. C.

1. Quod si duæ tertiæ personæ interponantur, reciprocum plerumque ad priorem referri solet. Cicero ad Attic. lib. 15. *Scripsit filius se idcirco ad Brutum conferre voluisse, quod cùm sibi negotium daret Antonius, vt eum Dictatorem efficeret, &c.* sibi ad filium refertur, (eum) ad Brutum.

2. Interdum reciprocum in Is, Pronomen commutatur. Cic. in Verr. 3. *Mindius naves poposcit. quæ eum prosequerentur præsidij causa.* Ad Att. 2. *Camillus mihi scripsit se eum eo loquutum,* pro *secum.* Cæs. 2 Bel. Civ. *Timere Cæsarem, abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculum reservare eas Cæsar videretur.*

Reciprocum Suus.
Præceptum VI. P. M.

Persona in rem possessam cum tertia transit,
Voce, Suus, res ipsa potest possessa notari:
Vt, Quæcunque suos nutrit fera bestia partus.

Reciproco Suus vtimur, cùm tertia persona transit in rem à se possessam: vt, *Cicero recordatur Tyronis liberti sui: indulget libertis suis: defendit suos clientes scripsit hanc epistolam manu sua.* Cic. in Verr. 5. *Aiebat multa sibi opus esse multa canibus suis.* Idem de Orat. 2. *Si feræ partus su-*

tus suos diligunt ; quâ nos in liberos nostros indulgentiâ esse debemus.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

Vis eadem remanet, verbo accedente secundo:
Vt, Cæsar te Marce rogat, sua signa sequaris.

1. Etiam accedente altero verbo, idem vsu venit. Cicero in Verr: lib. 3. *Debere eum aiebat suam quoque ducere rationem.* *Eum* cùm dicit, Ligurem designat; *suam* Verris, cuius sermo exponitur.

Vtere voce Suus, quum res possessa refertur
In possessorem: vt, Feriunt sua tela nocentem.

2. Vtimur præterea Reciproco *Suus*, cùm res possessa in possessorem transit. Cic: Attic. 9. *Vlciscentur illum mores sui.* Idem de Arusp. *Sua concio risit hominem.* Idem pro Sext. *Hunc sui ciues à Ciuitate eiecerunt.* Idem Attic. l. 10. *Indulsit illi quidem suus Pater semper.* In Verr. lib. 3. *Sui illum criminibus accusabo.*

APPENDIX II. generis P. S. C.

1. Suus cum duabus tertijs personis interponitur, non rarò ad posteriorem refertur. Cice in Verr. Orat. *Dolabellam vt de sua prouincia decedat.* Vbi de Dolabellæ prouincia sermo est. Cæs. de Bell. Ciuil. *Vellet Pompeius se purgatum Cæsari, vt ea, quæ Reipublicæ causa egerit, in suam contumeliam vertat.* Cic. in Ver. l. 3. *Verres possessionem hæreditatis negat se daturum, ne posset patronum suum proscriptum iuvare.* Vbi de Liberto quodam loquitur.

2. Sui ponitur interdum pro suus Cic. de Inut. *Imitantes genitorem, & effectorem sui* Ibidem. *Ita se ipse consumptione, & senio alebat sui.*

3. Nonnunquam suus vsurpatur pro Is. Cic. ad Attic. *Non destiti rogare, & petere, mea causa, & suadere sua.* Idem pro So: Sc. *Ego illum de suo regno, ille me de nostra Rep: percontatus est.* Et in Ant. *Si C. Cæsaris, fortissimorumq; su...*

Patris militum excitus non fuisset. Quæ non temerè imitanda sunt. Neque enim libet dicere. *Conveni Franciscum & Patrem suum*, sed *eius*. *Monebo Antonium vt veniat, & ego veniam secum*, sed *cum eo*. *Id Petrus exoptat, quare sua causa, vt facias te rogo*, sed *eius causa*. Quoties enim reciprocum interruptum non redit, aut rectè, aut obliquè ad eum, vnde proficiscitur reciproco ferè locus non est.

4. Rursus interdum Is, aut Ipse, pro reciproco ponitur. Cæsar de Bell. Civil. lib. 1. *Quod penes eum est pecuniæ tradit.* ad Qu. Fr. lib. 1. *Ea ferre molestissimè homines solent quæ ipsorum culpa contracta sunt.*

DE NVMERO DISTRIBVTIVO.

CAPVT XV.

Præceptum Primum.

DIstributivi Numeri, quibus fermè utimur, quum idem pariter in plura dividimus, hi sunt: Singuli, bini, terni, quaterni, seni, septeni, octoni, noueni, deni, vndeni, duodeni, ternideni, vel deniterni, quaternideni, quindeni, senideni, &c. Vicani, viceni, singuli, viceni bini, terni, &c. Triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, centeni. Sequuntur, deinde illi: Duceni, treceni, quadringeni, sexceni, septingeni, octingeni, nongeni, qui per Syncopen dicuntur: pro ducenteni, trecenteni, quadringenteni, octingenteni, noningenteni, vel nongenteni, quanquam hi quoque interdum vsurpantur. Excipiuntur inde milleni, bis milleni, qui minus sunt vsitati. Cic. Attic. lib. 7. *Binos gladiatores singulis patribus familiarium distribuit.* Idem in Part.

Idē in Part. *Capit ille è suis prædijs sexcena sestercia, ego centena ex meis*; id est ille sexcenta, ego centum quotannis. Plinius lib. 10. cap. 63. *Vivunt Laconici annis denis*; hoc est, vnusquisque Laconicus decem annis vivit.

Appendix I. generis P. M. C.

1. Res, vel Mensura, in quam cadit distributio, sæpè Accusatiuo gaudet cum Præpositione. Cic. in Ver. *Censores binos in singulas civitates describebat*. Livius l. 4. Bel. Pun. *Qui bina millia æris in annos singulos penderent*. Idem. *Singulis in militem tunicis imperatis*.

2. Cùm duo adhibentur numeri; vterque, aut alterutter esse potest distributivus. Cic. in Brut. *Bini Oratores vix singulis ætatibus extiterunt*. In Ver. 4. *Et pueri annorum senum, septenumq́, denum, senatorium nomen nundinati sunt*. Cic. in Eun. l. 5. *Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse*: id est, sestertios duodecim pro quolibet frumenti modio. Var. de re Rust. 2. *Decem sibi in dies singulos denarios dari audivisset*. Livius lib. 10. *Octogeni bini æris militibus dati*; hoc est, octoginta duo nummi singulis militibus dati.

Appendix II. generis. P. S. C.

1. Sæpè Distributiuus omittitur, cùm res, in quas aliquid distribuitur, accusatiuo efferuntur cum præpositione *In*. Ita dicitur. *In militem, in navem, in capita*. id est *in singulos milites, &c*. Livius. *Frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi divisit*: hoc est, cùm singuli modij singulis assibus æstimarentur.

2. Distributivi Numeri eleganter loco Primitivorum Substantivorum iunguntur, quæ numero singulari carent vt, *binæ literæ*; hoc est, duæ epistolæ, *bina castra, terna arma*: potiùs quàm, *duæ literæ, duo castra, tria arma*. Cicero Phil. 13. *Inter bina castra collocatus est*.

3. I

3. In his ipsis tamen, vni, vnæ, vna dicemus potiùs, quàm singuli; nisi cum distributione sumantur: vt, *Vnæ literæ, scalæ, nuptiæ &c.* Cic. pro lege Manil. *Ab vnis hostiū copijs bellum gerit.* Idem de leg. l. 3. *Seq; non vnis circumdatum mænibus, &c.* Salust: Iug. *Vbi vnæ, & alteræ scalæ comminutæ sunt.*

4. Interdum Distributivi, loco primitivorum, præsertim à Poëtis & Historicis, cum quibuscunque Substātivis copulantur. Virgil: lib. 10. *Gens illi triplex populi sub gente quaterni.* Idem Æneid. 2. *Bis quinos silet ille dies.* Ovid. de Ponto lib. 3. *Perq; quadragenos itur in illa gradus.* pro quatuor, quinque, quadraginta. Cic. in Somn. Scip. *Cùm ætas tua septenos octies solis anfractus, reditusq; converterit,* propè Poëticè loquitur; hoc est, *vbi sex, & quinquaginta annos expleveris.*

Mille, Præceptum II. P. M. C.

Mille, modo adiectiuum est, modo substantiuum. Mille adiectiuum pluralis tantum est numeri, nec declinatur in casus. Cic: pro Sext. *Edixitq; vt ab vrbe abesset mille passus.* Horat 1. Serm. 3. *Tercentum mille cadi.*

2. Mille Substantiuum singularis numeri, non declinatur in casus; at numero multitudinis, Millia, millium, millibus; & sæpè genitivo jungitur. Cicero pro Rabir. *Mille nummûm ferret expensum.* Cicero pro Quint. *Septingenta millia passuum.*

APPENDIX P. M. C.

Si quando *millia* cum alio casu iunctum reperitur, erit substantiuum continuatum. Cic: in Ver. 3. *Tritici modios quinque millia.* pro Rab. *Quia vociferabere decem millia talenta esse promissa.* Liu. 4. ab vrb. *Philipeni nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim.* Idem 9. *Duo millia & quingenti capti.*

DE CONSTRVCTIONE PRÆPOSITIONVM.

CAPVT XVI.

Præceptum I.

Neutra, quibus regimen penitus natura negauit,
Munere præpositæ partis moderamina sumunt.
Vt Sedeo in Cathedra; vado proficiscor in vrbem.

VErba absoluta, & intransitiua, præpositionum bene-ficio, in casus transeunt. Cic: 2. de Orat. *Cùm ad me in Tusculanum venisset Cæsar.* Idem ibid: *Cùm etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem inambularet cum Corta in porticu; repente eo Q. Catulus senex cum C. Iulio fratre venit.*

Omnia verba gradus proprios moderantia, partes.
Appositas adhibere suis cum casibus optant.

2. Transitiua præter proprium casum, etiam præpositiones cum suis casibus admittunt. Cic: de Amic. *Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum.*

Composito dat sæpè suum pars iuncta regendum
Præpositiua gradum: velut Hostem inuadere ferro.

3. Verba composita, sæpè casum præpositionis habent vt, *Adire iudicem, Inuadere vrbem.* Cic: de Fin. lib. 5. *Persarum Magos adijt* Idem ad Qu. Fr. 3. *Cùm subito bonus Imperator noctu vrbem hostium inuasisset.*

Præpositas repetunt partes Composita frequenter.

4. Et repetita præpositione vt, *Adire ad Iudicem, inuadere in vrbem.* Idem in Ver. lib. 3. *Cæteri hæredes adeunt ad Verrem.* Phil: 11. *In Galliam inuasit Antonius.*

5. Hanc repetitionem amant multa verba composita ex præpositionibus A, ab, ad, con, de, e, ex, in Idem de Amic

de Amic: *Tu velim à me animum parumper auertas.* Idem ad Quint: Fr. 3. *Abduco equidem me ab omni Reipub: cura.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Cicero ſæpè inuadendi verbo vtitur repetita Præpoſitione. Aſpirandi verbi elegans eſt vſus, cùm conatum quendam aliquo perueniendi atque alicuius rei adipiſcendæ adſignificat, effertur; negatione aut interrogatione. Cic. in Brut. *Ex bellica laude nemo aſpirare ad Africanum poteſt.* Idem 3. Ver. *Quid enim ad meam pecuniam me inuito aſpirat.*

CASVS PRÆPOSITIONVM,

Præceptum II. P. M.

ACcuſatiuo ſeruiunt Ad, apud, & cæteræ, quæ cum his numerantur in Rudimentis. Cic: in Brut. *In pratulo, propè Platonis ſtatuam conſedimus.* Attic: 12. *Secundum te nihil mihi eſt amicus ſolitudine.* In Ver. 4. *Erant acceptæ pecuniæ à C. Veruuio: ſic tamen, vt vſque alterum R, literæ conſtarent integræ reliquæ omnes eſſent in litura.*

Verſus Præceptum III. P. M.

Verſus habet caſum præeuntem: vt Littora verſus.

VErſus ſuo caſui poſtponitur frequentiùs. Cic: Attic: 16. *Verti me à Minturnis Arpinum verſus.* Sulp. Cic: lib. 4. *Ex Aſia rediens, cùm ab Ægina Megaram verſus nauigarem.*

Præceptum IV. P. M.

ABlatiuo gaudent A, ab, abs, abſque, cum reliquis quæ exponuntur in Rudimentis. Cic: in Piſ. *Mihi vero ipſi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere auſus es?* Idem Attic. lib. 15. *Clam ijs ea vidi.* Ter: Heaut. *Præ iracundia Menedeme non ſum apud me.* Liuius ab vrb 6. *Rem creditori palam populo ſoluit.* Id. Bel. Maced. 7. *Heaud procul*

occasu solis redeundi in castra tempus erat.

Appendix II. generis P. S. C.

Clam apud veteres accusandi casui iungitur. Plaut Cas. *Bona multa faciam clam meam hanc vxorem.* Sed non videtur vsurpandum.

Tenus. Præceptum V. P. M.

Tenus, quemadmodum, Versus, postponitur, ac fere patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis. Cic: in Arat. *Et Cepheus conditur ante, Lumborum tenus.* Cæl. Cic: lib. 8. *Rumores illi de comitijs Cumarum tenus valuerunt.*

2. Sin singulare sit, nomen, ferè ablatiuo gaudet. Liu. Bel Pun. 7. *Adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua esset, &c.* Cic pro Deiot. *Antiochus Tauro tenus regnare iussus est.*

A, Ab, Abs. Præceptum VI. P. M.

A, Consonantibus præponitur. Cic: Phil. 3. *Antonius, à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.* Ab vocalibus. Attic: lib. 1. *Cura & effice, vt ab omnibus & laudemur, & amemur.* Nonnullis etiam consonantibus. Pro Cluen. *Ab nullo ille liberalius, quàm à Cluentio tractatus est.* Attic. 5 *Rex ab Senatu appellatus est,* præcipuè L, R, & I, vt, *Ab Legatis, ab Romanis, ab Ioue.*

2. Abs, præponitur literæ T, & interdum Qu. Teren. Andr. *O Daue itane contemnor abs te?* Id: Adel. *Abs quouis homine beneficium accipere gratum est.*

Appendix II. generis P. S. C.

Historici, præcipuè Liuius, Liberius, vtuntur præpositione Ab, *Ab classe, ab Carthagine, ab Dictatore, ab Numa, ab Gallis, &c.* Quæ passim imitanda non videntur, nisi fortè in historia conscribenda.

In, Sub, Super, & Subter.

Præceptum VII. P. M. C.

IN, Sub, Super, modò Accusatiuum, modò Ablatiuum, pro varia significatione postulant.

In, cum Verbis motûs accusatiuum amat. Cic: de Senect. *Venio in curiam frequens.* Idem 1. in Catil. *In exilium proficiscere.*

2. Item pro erga, contra, ad, pro, per: vt, *Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos.* Teren. Andr. *Olera, & pisciculos minutos fero obolo in cœnam seni.* Cicero in Catil. 1. *Crescit in dies singulos hostium numerus.*

3. Dum verò quies, aut aliquid fieri in loco significatur, ablatiuo gaudet. 1. de Leg. *In viridi, opacaq; ripa inambulantes.* Ad Attic: lib. 12. *In hac solitudine careo omnium colloquio.*

4 Et quum ponitur pro *Inter.* Cicero de Amic. *Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.*

SVb, ferè accusandi casum postulat, quum tempus adsignificat, pro *paulò, ante, circiter, per*: vt, *Sub vesperum.* Cæs: Bell. Civ. 1. *Pompeius sub noctem naves solvit.* Livius Bell. Pun. l. 2. *Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna.*

2. Item pro, *Post.* Cicero Plan: lib. 10. *Sub eas literas statim recitatæ sunt tuæ.*

3. Et cum verbis motus. Cic. 2. Phil. *Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.*

4. Cum verbis quietis ablatiuum poscit. Virg. Eccl. 7. *Si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.* Cice. Phil. 2, *Sub nomine pacis bellum latet.*

SVper, ferè accusativo servit, quum præpositioni Subter contraria est, maximè cum motus significatur. Cicero 2. de Leg. *Demetrius super tumulum noluit, quid statui, nisi Columellam.*

2. Item cùm significat Inter. Curt. 7. *Debellaturus super mensas Alexander.*

3. Ablativo adiungitur, cùm pro De ponitur. Cicero Attic. 16. *Hac super re scribam ad te Rhegio.* Et interdum cum verbo quietis, maximè apud Poëtas, pro in Virgil. Æneid. 6. *Gemina super arbore sidunt.* Idem Ecclog. 1. *Fronde super viridi.*

SVbter, fermè accusandi casum poscit, siue quietis, siue motus verbis adiungatur. Cicero Tusc. 2. *Plato iram in pectore cupiditatem subter præcordia locavit.*

Appendix II. generis P. S. C.

Interdum apud Poëtas potissimùm, ablatiuum habet. Verr. lib. 9. *Ferre iubet subter densa testitudine casus.*

Præpositio versa in Adverbium.
Præceptum VIII. P. M. C.

PRæpositio, cùm casu privatur, in adverbium migrat. Cic. Attic. 4. *Tu adventare, ac prope adesse iam debes.* Idem pro Flac. *Multis post annis pecunia recuperata est.* Cic. de Nat. 2. *Sensibus, & animo ea, quæ extra sunt percipimus.* Idem Attic. 14. *Quatriduo ante ad eum scripseram.*

2. Hujus generis sunt Ante, Contra, Circa, Circum, Circiter, Extra, Intra, Infra, Post, Prope, Pone, Vltra, Vsq;, & aliæ nonnullæ.

Præpositiones aliis Præpositionibus præpositæ.
Præceptum IX. P. M. C.

PRæpositiones, nonnunquam alijs Præpositionibus præponuntur. Cic. ad Attic. 3. *De Q. Fr. nuntij nobis tristes nec varij venerunt ex ante diem Nonas Iunias, vsq; ad pridie Calendas Septembris.*

VSque tamen fere alteram Præpositionem desiderat. Idem in Verr. 5. *Maximis in laboribus vsque ad summam se-*

nam senectutem, summa cum gloria vixit. Ter. Eun. *Ex Æthiopia est vsque hæc.* Cicero de Nat. 1. *Vsque ad Thaletem enumerasti sententias Philosophorum.*

2. Quod si adjungatur nominibus oppidorum, sæpè alteram præpositionem respuit. Cic. in Verr. lib. 6. *Sacerdotes vsque Ænnam profecti sunt.* Idem Attic. 5. *Appius profectus est Tarsum vsque.* Terent. *Ad Miletum vsque obsecro.*

DE CONSTRVCTIONE ADVERBII.

CAPVT XVII.

De Nominativo post Adverbium.

Præceptum Primum. P M. C.

Rectum, vel quartum casum atque Ecce reposcunt.

EN, Ecce, nominandi seu accusandi casum admittunt. Cic: in Verr. 6. *Ecce nova turba, atque rixa.* De Fin. 2. *Ecce miserum hominem.* Plaut. Amph. *En tectum: en tegulas: en obductas fores.*

Appendix II. generis P. S. C.

Apponitur & Datiuus Tibi, non sine lepore. Cice: ad Attic: lib. 2. *Cùm hæc maximè scriberem, ecce tibi Sebosus.* Idem lib. 3. Offi. *Ecce tibi, qui Rex populi Romani, dominusq; omnium gentium esse concupierit.*

De Genitivo post Adverbium.

Præceptum II. P. M.

Affatim amat Patrium, Partim, Satis, Instar, Abunde.
Et nimis, atque parum, proc ausa adiungitur Ergo.

AFfatim, Ergo pro causa, & reliqua Genitiuum casum postulant. Ter: Phorm. *Satis iam verborum est.* Cic. de Clar. *Plato mihi vnus instar est omnium.* Liv. Bell: Maced: lib. 7. *Victoriæ navalis ergo in vnum diem supplicatio decre-*

decreta est. Cic. de opt. gen. *Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergò.* Idē 2. de Orat. *Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.*

Sunt Patrio contenta, gradus Adverbia summi.
Sæpè loco Patrij Sextum, Ex præeunte capessunt.

2. Item Adverbia superlativa à nominibus orta. Cic. de Clar. Orat. *Maximè omnium nobiliū Græcis literis studuit.* Ibidem. *Sæpissimè audio illum omnium ferè Oratorum Latinè loqui elegantissimè.*

3. Genitiuus hic in Ablatiuum cum Præpositione migrare potest. Cic. ibidem. *Piso maximè ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis doctrinis eruditus.*

4 Vbi, vbinam, vbicunque, vbivis, quovis, quoquo nusquam, genitivos Terrarum, Gentium, eleganter admittunt. Cic. Attic. 5. *Quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem.* Terēt. Adelph. *Fratrem nusquam invenio gentium.* Dicitur & longè gentium. Cicero Attic. 3. *Tu longè gentium abes.*

5. Huc spectant Adverbia, *Eò, Huc.* Livius Bell. Pun. lib 5. *Eò consuetudinis adducta res erat, &c.* Curtius lib. 6. *Huc enim malorum ventum est, vt &c.*

Bina dies, composta gradu stipata rogandi,
Vel Quarto sociata vigent; gaudentq́; Calendis.

6. Pridie, Postridie, & genitiuum, & accusatiuum casum postulant. Attic. 11. *Pridie eius diei venit.* Idē Ap. 3. *Pridie Nonas Iunij cùm essem Brundusij, &c.* Cæs. Bell. Gall. 1. *Postridie eius diei Cæsar præsidio vtriusq́; castris, quod satis esse visum est, reliquit.* Cicero Attic. l. 16. *Postridie ludos Apollinares.*

Appendix. II. generis P. M. C.

Adverbium *Tunc*, Genitiuum temporis admittit, qui tamen raro apud idoneos reperitur. Iustin. 5. *Sed de genobscura tunc temporis Persarum Regi Cambysi.*

De Da-

De Datiuo post Aduerbium.
Præceptum III. P. M.

Quædam more patrum, Ternum sumpsêre regendum.

QVædam dandi casum poscunt morè eorum, vnde deducuntur: vt Congruenter conuenienterque naturæ viuere. Dicere conuenienter rationi. Obuiam alicui ire, procedere, prodire. Nam congruens, conueniens, obuius, datiuo gaudent. Cic: de Fin: 2. *Non quæro, quod dicat, sed quid conuenienter rationi possit, & sententiæ suæ dicere.* Idem Phil. 2. *Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissimè processisti.*

De Accusatiuo post Aduerbium.
Præceptum IV. P. M.

Proximè amat Quartum; propius dilexit eundem.

PRopiùs, proximè, accusandi casum exigunt. Cicero ad Oct: *Cur castra longiùs aduersariorum castris, & propiùs vrbem mouentur.* Phil. 8. *Brutus operam dat, vt cum suis copiis, quàm proximè Italiam sit.*

APPENDIX P. S. C.

Iungitur propiùs aliquando cùm Præpositione A. Cic: 1. de Nat. *Stellæ aliæ propiùs à terris mouentur, aliæ remotiùs.*

Gaudet Abhinc verbis exacti temporis: Ergo
Natus abhinc annos, vel centum dicimus annis.

ABhinc, verbis præteriti temporis iunctum, accusatiuum, seu ablatiuum postulat. Cic: in Verrem. *Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus.* Id. pro Quint. *Quo tempore? abhinc annis quindecim.*

Ablatiuus post Aduerbium.
Præceptum V. P. M.

Collatiua sibi referant Aduerbia sextum.
Vt, dicto citius iusto ampliùs ocyùs Euro.

Compa-

COmparatiua Ablatiuo gaudent: vt Plus eo. Eo amplius. Cic: de Inu: 2. *Lachryma nihil citius arescit:* Idem ad Curt: 2. *Nemo est qui tibi sapientiùs suadere possit: te ipso.* Ter: Hecy: *Dies triginta, aut plus eo; in naui fui.* Idem Heaut: *Annos sexaginta natus es, aut plus eo, vt coniicio.*

Appendix II. generis P. S. C.

1. Plus, amplius, minus, modo Ablatiuum habent, vt docent allata exempla: modo sine casu ponuntur, sed subducitur coniunctio, Quam Ter. Adel. *Homini misero plus quingentos colaphos impegit* Cæs: 4. Bell. Gal. *Cùm ipsi non amplius quinquagentos equites haberent.* Nec enim accusandi casus ab Aduerbijs reguntur, sed à verbis *Impegit Haberent.* Videntur & nominandi casus cum his aduerbijs iungi, cum à verbis pendeant. Cæs 7. Bell. Gal. *Eo die milites sunt minùs septingenti desiderati.* Idem 5. *Naues ampliùs octingentæ vno erant visæ tempore.*

2. Cum eisdem Aduerbijs iunguntur accusatiuus & ablatiuus casus mensuram significantes; neque ab ipsis reguntur, sed casus sunt Communes. Vitr. *Ita à pariete distent, vt ne plus pateant palmam.* Liu. de Bel. Maced. *Aberat eorum acies paulo plus quingentos passus.* Cæsar. *Millibus amplius quingentis in longum patent.*

Aduerbia Loci. Præceptum IV. P. M.

ADuerbia quibus interrogamus sunt hæc; Vbi vnde quo, qua, quorsum.

2. Ad interrogationem, Vbi redduntur hæc; Hic, illic, ibi, inibi ibidem alibi, alicubi, vbique vtrobique, vbilibet, vbiuis, vbicunque, passim vulgo, intus, foris, nusquam longè peregrè.

3. Item supra, subter, infra, ante, post, extra, cum fiunt Aduerbia, Cic: ad Torq; 6. *Nemo est, quin vbiuis, quam ibi vbi est, esse malit.*

APPEN-

Appendix I. P.M.C.

Hæc dicuntur Aduerbia in loco, seu quæ referuntur ad quietem: quibus Nuncubi, necubi, sicubi vbiubi, vspiam, vsquam, addi possunt: quæ quamuis ad quietem referantur, tamen ad Vbi non redduntur. Cic: lib. 1. de leg. *Siue est lex illa scripta vspiam, siue nusquam.* Idem 2. de Offic: *Nec vsquam consilio, aut auctoritati locus.*

4. AD Vnde redduntur hæc: Hinc, isthinc, illinc, inde, ibidem, aliunde, vndelibet, vndeuis, vndique, vndecunque, vndique versum, aliunde, vtrinque, eminus, comminus, supernè, infernè, peregrè, intus, foris, Ter: Heaut. *Vide nè quò, hic abeas longius.*

Appendix I. generis P. M.

Hæc appellantur Aduerbia de loco, seu quæ referuntur ad motum de loco: quibus accedunt, sicunde, necunde, intrinsecus, forinsecus, extrinsecus, funditus radicitus, stirpitus.

5. AD Quo redduntur hæc; Huc, isthuc; illuc, eo, eodem, illo, aliquo, alio, neutro, vtroque, quoquo, quocunque, quouis, quolibet, intro, foras peregre, longè nusquam. Ter: Hec. *Abi, Parmeno, intro, ac, ne, venisse nuncia.*

Appendix I. Generis P. M.

Hæc appellantur Aduerbia ad locum, siue quæ motum ad locum significant: quibus adiungi possunt, siquo, nequo, quopiam, vsquam. Cic: 1. Phil. *Nec veru vsquam discedebam.*

6. AD Qua, redduntur hæc; Hac, isthac, illac, aliqua, qualibet, quacunque. Ter: Eun. *Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.*

Appendix I. Generis P. M.

Hæc vocantur Aduerbia per locum, siue quæ referuntur

tur ad motum per locum: quibus Siqua, nequa addi possunt.

7. AD quorsum, id est, Quem locum versus, reducuntur hæc, Horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, sæuorsum, prorsum, rursum, introrsum, vel introrsus, retrorsum, vel retrorsus, quoquouersum, vel quoquouersus. Ter: Phorm: *Horsum pergunt.* Ibid. *Sex ego te totos, Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum, deorsum cursites.*

VT, Præceptum VII. P. M.

VT, pro Postquam Indicatiuum petit. Cic: Attic: 7. *Vt ab vrbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.* Item, pro Quomodo, cum quadam admiratione. Idem Cic: Attic: 7. *Cn. noster, o rem miseram, & incredibilem, vt totus iacet?*

2. Post has voces Adeo, ita, sic, talis tantus, tot, ferè nunquam ponitur Quod, sed Vt cum Subiunctiuo. Cic: pro Rab. *Adeonè hospes huiusce vrbis, adeonè ignarus es disciplinæ, consuetudinisq; nostræ, vt hæc nescias?* Tusc: 2. *Non sum ita hebes, vt ista dicam?*

Antequam, & Priusquam. Præceptum VIII. P. M.

ANtequam, tum Indicatiuis tum Coniunctiuis iungitur. Ter: Andr. *Experiri omnia certum est antequam pereo.* Cic. pro Mur. *Antequam pro Murena dicere instituo pro me ipso pauca dicam.* Phil. 2. *Antequam de Repub: Patres C. dicam ea quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium, & profectionis & reuersionis, meæ,*

2. Priusquam, ijsdem modis gaudet. Idem Phil: 2. *Priusquam de Rep: dicere incipio.* Pro Mil. *Priusquam hoc tantum mali videro.* Sall. Catil: *Priusquam incipias, consulito vbi consulueris, maturè facto opus est.*

Ne

Ne, & Næ. Præceptum IX. P. M. C.

NE, Subjunctiuum poſcit, cùm aliquid prohibemus. Ter. Eun. *Ne poſt conferas culpam in me.* Livius Bell. Pun. 10. *Ne tot annorum felicitatem in vnius horæ dederis diſcrimen.*

2. Poſcit & Imperatiuum, maximè apud Poëtas. Plaut. Perſa. *Abi, ne iura, ſatis credo.* Virgil. 7. Æneid. *Nè fugite hoſpitium, nevè ignorate Latinos.*

3. Næ, hoc eſt, Profectò, ferè Pronomini præponitur, & Indicatiuum, vel Coniunctiuum, vel Potentialem modum poſcit. Terent: Adelp. *Næ ego homo ſum infelix.* Cic. Phil. 1. *Næ tu, ſi id feciſſes, melius famæ tuæ conſuluiſſes.* Tuſcul. lib. 1. *Næ ille vir ſapiens lætus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit.*

Per, Perquam. Præcept: X. P. M. C.

PEr, perquam, ſanè, valdè, oppidò, inprimis, cumprimis, apprimè, admodum, vehementer, & alia id genus ferè poſitivis gaudent. Cicero de Fin. *Hæc quidem eſt perfacilis, & perexpedita defenſio.*

Idem de Orat. 2. *Quod mihi quidem perquam puerile videri ſolet.* Id: ad Ter. *Sin ad nos pertinerent, ſervirent, præterquam oppidò pauci.* Idem in Verrem 3. *Philodamus erat inprimis inter ſuos copioſus.* Ibidem. *C. Muſtius homo cumprimis honeſtus.*

Quàm. Præceptum XI. P. M. C.

QVàm, quum admirationi, commiſerationi, atquè interrogationi, cum admiratione permiſtæ ſervit; poſitivis jungitur. Cicero de Amic. *Quàm multa, quæ noſtrâ causâ nunquam faceremus, facimus tamen causâ amicorum.*

2. Quàm, pro Quantum, Poſitivis præponitur. Cicero Trebatio lib. 7. *Quàm ſunt moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt.*

3. Ve-

3. Verùm sequente verbo *Possum*, Superlativis adiungitur. Cic: Catil. l. 15. *Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi.* 2. de Nat *Aves nidos construunt, eosq́, quàm possunt molissimè, substernunt.*

4. Sæpè verbum *Possum* desideratur. Idem Tyroni lib 16. *Sed peto à te, vt quàm celerrimè mihi librarius mittatur,* hoc est, quàm celerrimè fieri potest. Idem in Top. *Et quàm subtilissimè persequamur.*

5. Quàm vt eleganter comparativa sequitur. de Orat l. 2. *Hoc altius est, quàm vt nos humi strati suspicere possimus.*

6. Quàm pro valdè, Superlativis elegantissimè adiungitur. Cic. Val: 13. *Vehementer rogo vt cures, vt hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quamprimum quam sæpissimè gratias agat.* Nisi fortè verbum Possum lateat, vt sic (*Quam maximas*) pro Quàm potest maximas.

APPENDIX I. generis. P. M. C.

Quàm pro Valdè, etiam positiva videtur admittere Cic: in Brut. *Quam non diligenter elaboratas, etiam quam elucubratas afferebamus.* Cæs: de Bel: Gall. *Vt quam celerem atque instabilem motum haberet.* Cic. Qu. Fr. 2. *Nam quod de Pompeio Caninius, sanè quam refrixit.*

Tàm, Quàm, Præceptum XII.

TAm, & Quàm, positiva frequentissimè Superlativa rariùs, Comparativa rarissimè copulant. Cicero in Orat. *Nemo Orator tam multa in Græco quidem otio scripsit quàm multa sunt nostra.*

Sal. Iug. *Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est.* Ter. Heaut. *Namq́, adolescens, quàm minima in spe situs erit, tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.* Cic. pro Dejotaro. *Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, istam inquam, dexteram, non tam in bellis & prælijs, quàm in promissis & fide firmiorem.*

2. Po

2. Ponitur interdum Tam, separatim cum superlatiuo. Cic: Phil. 12. *Nondum erat vestris tam grauissimis tamque multis iudicijs ignominijsq; concisus.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

Tam, Quam, pro Tanto, Quanto, raro reperiuntur Comparatiuo iuncta. Virgil: 7. *Tam magis illa frequens, & tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguinea pugnæ.*

Tam, Quam, cum superlatiuo præcedente pro aduerbijs, vt, ita, ponuntur. Sic enim Salustij locus exponi potest. *Vt quisque pessimè fecit, ita maximè tutus est.*

Aduerbia in Vm, in O, finita.

Præceptum XIII. P. M.

Vm quibus est finis positiuo aduerbia iunges.

ADuerbia in Vm, ferè positiuis gaudent: vt Parum, multum, nimium, aliquantum. Cic: Attic. 16. *Parum firma sunt, quæ de fratre meo scribis.* Idem in Rull. 2. *Socer huius vir multum bonus est.* Idem epist. lib. 5. epi: 13. ad Luceium. *Aliquantum labefactata atq; conuulsa.*

SCHOLION.

Tantum, Quantum, non tam videntur nominibus iungi, quàm verbis. Cicero lib. 1. epist. 7. *Gratia tantum possumus, quantum victi.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

Aliquantum raro iungitur comparatiuo. Terent: Eun. *Eius frater aliquantum est ad rem attentior.* Id iam non videtur vsurpandum.

O finita, gradus medij fugantur honore.
Vt, Rabies multò sæuit truculentior Vrsis.

OFinita, Comparatiuo adhærent: vt, paulò, nimiò, aliquantò, tantò, Eo, quò, multò, hoc *pro* tantò, nihilò.

hilò. Cicero de Offic. lib. 1. *Quantò superiores sumus, tantò nos submissius geramus.*

Idem de Amic. *Nec verò corpori solùm subueniendum est, sed etiam menti, atq; animo multò magis.* Planc. Cicero 10. *Certè hoc maius habes testimonium amoris mei, quò maturius tibi, quàm cæteris consilia mea volui esse nota.* Luc. 5. *Ego valeo, sicut soleo: paulò tamen etiam deterius, quàm soleo.* Cic. in Ver. 5. *Nihilo diligentior ad classem ornandam.*

APPENDIX I. generis P. M. C.

Multò etiam vult sæpè gradus adhibere supremos:
Quos facilè & longè pro Valde habuêre frequenter.

1. Multò etiam Superlatiuis additur. Cicero in Verr. lib. 5. *Cùm omnis arrogantia odiosa est, tùm illa ingenij, atq; eloquentiæ multò molestissima.*

2. Item longè pro multò. Idem in Brut. *Longè post natos homines improbissimus.*

3. Facilè cùm, *sine dubio, sine controuersia*, significat, Superlatiuis gaudet, aut ijs, quæ eorum vim habent. Id. pro Rabirio Posth. *Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem, in maximis periculis, insidijsq; versatum esse accepimus.* Idem pro Sext. Rosc. *Non solùm sui municipij, verùm etiam eius vicinitatis facilè primus.* Pro Clu. *Regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facilè princeps.*

APPENDIX II. generis. P. S.

1. Longè pro multò, etiam iungitur Comparatiuo. Virg: 9. *At pedibus longè melior Lycus.*

2. Pro Valde iungitur, & ijs omnibus, quæ vim Superlatiui habent. Cic. Brut. 13. *L. Castronius Pætus longè princeps municipij Lucensis.* 4. Ver. *Longè primus ciuitatis est Epicrates.*

3. Præterea nominibus, quæ diuersitatem dissimilitudinemq; significant, vt longè, alius, dispar, dissimilis. I-

dem

dem pro Font. *ô fortunam longè disparem M. Fonteij.*

4. Item aduerbijs Aliter, Secus, Ante, post & verbis Antecello, Præsto, Antepono, quæ aduerbium Multo, etiam admittunt.

DE CONSTRVCTIONE INTERIECTIONIS,

CAPVT XVIII.

P. M. C.

O Tribus casibus adiungitur, Nominandi. Terent: Phor. *O vir fortis atque amicus.* Accusandi, Cicero Ter. lib. 14. *O me perditum, o me afflictum.* Vocandi. Ter: Andr: *O Daue itanè contemnor abs te?*

Heu & pro, modo nominandi, vel potiùs Vocandi casum postulant Ver. 6. *Heu pietas heu prisca fides.* Liu. Bel. Pun. 2. *Tantùm proh dolor, degenerauimus à parentibus nostris.* modo accusandi Cic: Phil. 7. *Heu me miserum, cur se natum cogor, quem semper laudaui. reprehendere?* Idem in Ver. 5. *Pro Deum hominumq́ fidem.*

2. Hei, Ve, Datiuo gaudent. Terent. Heaut. *Hei misero mihi.*

APPENDIX II. generis. P. S. C.

1. Interdum, O, omittitur, quum nimirum leuior est affectus. Cic: in Pis: *Miserum me, cum hac me peste, atq́ labe confero.* Idem Attic: *Me cæcum qui hæc ante non viderim.*

2. Non solum quum aduerbium est vocandi, vocatiuo adhæret; verum etiam quum est interiectio. Id: in Pis. *O patrem generis oblite materni vix memor.*

3. Pro, apud Cic: 2. Phil. apertissimè vocatiuum habet. *Quæ cum res vnquam (pro sancte Iupiter) non modo in hac vrbe, &c.*

4. Heu etiam Datiuo gaudet. Plau. Milit. *Hei mihi nequeo quin fleam.* Idem Marc. *Heu misero mihi.* Teren: Eun. *Heu mihi.*

5. Hei interdum Vocatiuo additur. Plau: Aulul. *Heu Megadore, quod decorum facinus tuis factis facis?*

6. Cedo quum verbum sit imperatiui modi, non est, cur interiectionibus adnumeretur, postulat accusatiuum. Cic: 6. in Ver. *Cedo tabulas,* Vel datiuum personæ cum Accusatiuo. Item 3. Ver. *Cedo mihi leges Athinias.*

DE CONSTRVCTIONE CONIVNCTIONIS.

CAPVT XIX.

Præceptum I. P. M.

Si vox disiungens, aut nectens copula voces
Ad verbum referatur idem, ponantur oportet
Consimiles vtrinq; gradus. An iungit eosdem
Quam, nisi Præter quam: vocum nisi certa resistas:
Proprietas: vt Malo domi quam, rure morari.

CONiunctiones copulatiuæ, & disiunctiuæ quum, ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt. Phil. 12. *Quis non doleat interitum talis & viri & civis?* Idem de Senect. *Qui de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetarumq; specie dicam.*

Quam. Nisi, An, Præterquam.

Præceptum II. P. M.

QVam, Nisi, An, Præterquam, eosdem itidem casus copulant: Cic: Attic: 3. *Existimas ab illo malle me legi, probariq; quàm à te.*

Cicero pro Sext. *Quem vnquam Senatus Ciuem, nisi me natio-*

nationibus exterris commendauit? De Orat: 3. *Refert etiam, qui audiant, Senatus, an Populus, an iudices.* In Catil. 3. *Pro tantis rebus nullum à vobis præmium postulo, præterquam huius dies memoriam sempiternam.*

EXCEPTIO P. M.

Aliquando huic constructioni certa dictionum proprietas obstat; *vt sui Romæ & Athenis, aut Brundusij, aut Sulmone, mortuus est. Emistine librum centusse an minoris? Malim Panormi, quàm Syracusis esse.*

Etsi, Tametsi, Quanquam.

Præceptum III. P. M. C.

ETsi, Tametsi, Quanquam, in principio statim sententiæ Indicatiuum postulant. Cic: pro Milone. *Etsi vereor iudices, &c.* Lent. 1. *Tametsi nihil mihi fuit optatus.* Planco. 16. *Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam.*

2. Cæteris locis non respuunt coniunctiuum. Cic: 2 de Orat. *Erantq́, qui quanquam hæc ita habere arbitrarentur, tamen, &c.*

APPENDIX II. generis P. M. C.

Frequentius tamen hæc etiam in media: extrema periodo, cum Indicatiuo iunguntur. Cic: ad Caf. *Præposteros habes, tabellarios; & si me quidem non offendunt, sed tamen, &c.* Idem ad Cæs. 15. *In integro res nobis erit: quanquam qui cum loquor,* & alibi sæpissimè.

Etiamsi, quamuis, licet, vt pro quamuis.

Præceptum VI. P. M.

ETiamsi, Quamuis, licet, vt, *pro* Quamuis, Subiunctiuo gaudent. Cic: de Amic. *Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint.*

Idem Phil. 2. *Homines quamuis in rebus turbidis sint, tamen, &c.* Idem post reditum in Senatum, *Tantus vester con-*

sensus de salute mea fuit, vt licet corpus abesset meum, dignitas in patriam reuertisset. pro Quint. *Vt summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui.*

Appendix I. generis. P. M. C.

1. Non raro tamen Etiamsi Indicatiuo iunctum reperias, præsertim in media comprehensione. Cic: de Orat. *Illud tertium etiamsi opus est &c.* Idem Phil. 2. *In quibus etiamsi non erunt insidiæ &c.* Idem ad Tyronem lib. 16. *Etiamsi quid scribas non habebis, scribito tamen.*

2. Si pro Quamuis, Coniunctiuo iungitur. Terent: Eun. *Reddeam? non si me obsecret.*

Appendix II. generis. P. S. C.

Quamuis, interdum Indicatiuo adhæret, præsertim apud Poëtas, Colum: lib. 9: cap. 6. *Quamuis doctissimi viri auctoritatem reuerebar.* Virg. Æneid. lib. 5. *Quamuis solus auem cælo deiecit ab alto.*

Vt, Ne, & Non. Præceptum V. P. M.

VEreor, Timeo, Moueo, coniunctiuum amant, & cum Vt, aut Ne, iungitur, sed contraria ferè significatione. Vereor ne prodeat, *significat*, non prodibit. Vereor ne prodeat, *signicat*, fortè prodibit, *vel* innuit proditurum. Vereor vt velim: *s.* (vt metuo,) id quod nolim fieri. Ter: Phorm. *Vereor vt placari possit.* Id: Andr: *Hei vereor, ne quid Andria oportet mali.*

2. Ne non, idem est, quod Vt Attic: 9. *Timeo ne non impetrem.* Cic: Attic: 7. *Si manet vereor, ne exercitum firmum habere non possit.*

3. Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis. Idem in Ver. 6. *Non vereor, me hoc officium meum P. Seruilio non probem; hoc est, non dubito, quin hoc officium meum P. Seruilio sim probaturus.*

Vt,

Vt, Ne, Nisi, Si. Præceptum VI. P. M. C.

VT Ne, peruenustè ponitur pro Ne, vel potiùs pro Vt non. Cic: in Ver: lib. 3. *Impetrant, vt ne iurent.* Idem ad Qu. Fr. lib. 3. *Opera datur, vt iudicia ne fiant.* Id: Brut: lib. 13. *Semper animaduerti, studiosè operam dare, vt ne quid meorum tibi esset ignotum.*

2. Ni, Nisi, Si, tum indicatiuum, tum coniunctiuum amant. Terent. Andr. *Mirum ni domi est.* Cic. in Ver. *Ni restituissent statuas, vehementer his minatur.*

Idem de Amic. *Ortum quidem amicitiæ videtis: nisi quid adhuc fortè vultis.* Ibid. *Nisi immortalitatem, optare vellet: quid non est adeptus quod hominis fas esset optare?* Ter. And. *Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas.* Cic: ad Attic. 15. *Si hortos inspexeris, dederis mihi, quod ad te scribam.*

Quod, Quia, Quoniam.

Præceptum VIII. P. M. C.

QVod, cùm causam ac rationem reddit, & Quia pro Quod, tum Indicatiuo tum Coniunctiuo gaudet. Attic. 2. *Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti.* Cic: Attic. lib. 9. *Admiratus sum, quod ad me tua manu scripsisses.* Idem de Amic. *Sed quia natura mutari non potest, idcirco, &c.* Ibid. *Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor; vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.* De Fin. 6. *Neque quisquam est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet.* Ver. 1. *Quarta autem est vrbs; quæ quia postremo ædificata est, Neapolis nominatur.*

Quoniam, Indicatiuum frequenter vsurpat, & ferè certam causam, cognitamq; significat. Cicero pro Plan. *Quoniam tu ita vis, nimium me gratum esse concedam.*

APPENDIX I. generis. P. M. C.

1. Verbum, Videor, coniunctionem. Quòd refugit:

Ne ergo dixeris: videtur mihi, quod ſum doctus, es doctus. Sed videris mihi eſſe vir doctus. Ille ſibi videtur eſſe vir doctus. Et numero multitudinis eodem modo; Videmur nobis eſſe docti. Videmini vobis eſſe docti. Illi videntur ſibi eſſe viri docti. Cicero Atticorum 9. *Amens mihi fuiſſe videor*: Phil. 2. *Neſcio quid turbatus mihi eſſe videris.* Terent: Andr. *Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.* Liu: Bel: Pun. 8. *Næ tibi P. Corneli, cum ex alto Africam conſpexeris, ludus, & iocus fuiſſe, Hiſpaniæ tuæ videbuntur*

DE CONSTRVCTIONE FIGVRATA,

CAPVT XX.

Pro Suprema Schola Grammaticæ Præceptum I.

ORatio tres virtutes habere debet, vt emendata vt dilucida, & ornata ſit: quibus virtutibus totidem vitia contraria ſunt. Nam emendatæ, Barbara, Dilucida, Obſcura; Ornatæ, Inornata aduerſatur.

Barbaræ orationis vitia. Præceptum II.

Bina emendatæ certant vitiare nitorem.
Monſtra Solœciſmi ſoboles, & barbara lexis.

DVo ſunt vitia, quibus oratio barbara, atque ruſtica efficitur; Solœciſmus, & Barbariſmus; quæ qui purè & emendatè loqui volet, omni contentione velis, vt ita dicam, remiſque fugiet.

Quid ſit Solœciſmus, & quot modis fiat. Præceptum III.

Eſto Solœciſmus, quoties malè verba cohærent
Singula, Barbar:·ſ et enim corrumpere ſolum:

Verba

Verba poteſt; aſt hic verborum abrumpere nexus
Nititur; adijciens, quæ ſunt remouenda; repellens.
Quæ merito adijcienda forent: Prius ordine ponit
Poſterius: pro parte aliam ſine iure reponit.

SOlœciſmus, conſtructionis, atque emendatæ orationis, de qua hactenus egimus, hoſtis infeſtiſsimus eſt vitioſa partium orationis compoſitio, Is fit quatuor modis: Adiectione, vt ſcribo cum calamo, ludo cum pila.

Detractione, cum aliquid eodem modo detrahitur: vt, Eo forum. Redeo agro, pro ex agro. Ne hoc fecit; pro Ne hoc quidem fecit.

Tranſmutatione, cùm partium orationis ordo turbatur: vt, quoque ego. Enim hoc voluit: autem non habuit. Ne quidem hoc, pro ne hoc quidem.

Immutatione, cùm pars vna orationis pro alia ponitur: vt, Stulti graue ferunt res aduerſas: graue pro grauiter, nomen pro aduerbio.

2. Fiunt Solœciſmi etiam per cæteras orationis partes. Item per ea, quæ cognata ſunt, id eſt, eiuſdem generis ac partis; vt, Eo intus. Sum intro, quid huc agis? Quando hic veniſti? Eo apud forum. Scripſitnè Cicero hanc orationem aut Hortenſius? Aut, pro An. Pro, Quid hic agis? Quando huc veniſti? Eo in forum.

3. Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt.

Per genera: vt Sapientes læto fronte res aduerſas ferunt pro læta fronte.

Per caſus: Quo is? Romæ, pro Romam. Venio Brunduſij, pro Brunduſio.

Per numeros: Si vnum ad te vocans, dicas Venite, pro veni.

Per Perſonas: quempiam honoris cauſa ita alloquaris Sedeat, accedat, pro ſede, accede.

Per modos: vt, Peto à te, vt mihi opem fers, *pro* feras.
Per genera verborum: vt Mox reddam, pro redibo: ponitur enim actiuum pro neutro.

APPENDIX.

Fuerunt, vt ait Quintilianus libro 1. cap. 16. qui adiectionis vitium Pleonasmon, Detractionis, Ecclipsim, Transmutationis Anastrophen appellarint, negantes hæc vitia species esse Solœcismi; quorum sententia ita probanda est, si hæc ad figuratam constructionem pertineant aut si quando apud probatos scriptores reperiantur.

Quid sit figurata constructio, quid figura. Præceptum IV. P. M.

Ne tamen incautus fugias imitanda figuras
Accipe, quas proceres olim finxere Latini
Ipsa figura nouum dicta est genus esse loquendi,
Haud ratione carens, vulgi se ab ore remotum.

QVum apud viros doctos, & qui purè loquendi laude floruerunt, aliquid legerimus, quod Grammaticorum legibus repugnare videatur, non continuò existimabimus eos Solœcismum fecisse: cùm ipsorum auctoritate, testimonijsque soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quædam quæ faciem quidem Solœcismi habent, vitiosa, tamen non sunt. Hoc nouum loquendi genus. Figura verborum aut sermonis aut orationis, siue vt Græci loquuntur, σχῆμα λέξεως appellatur. Est enim figura, noua loquendi ratio, à trito & vulgari sermone remota, quæ ferè ratione aliquâ vsuuè disertorum nititur.

Enallage.

Munus Enallage habet partem pro parte locandi: vt,
Pars in frustra secant. Buthroti ascendimus vrbem.

Enallage figura est, cùm pars vna orationis pro alia poni-

ponitur: vt, Viuere *pro* vita. Nullus *pro* non. Facto *pro* fieri. Cic: Attic. lib. 13. *Quam turpis est assentatio, cùm viuere ipsum turpe sit nobis?* Id: ad eundem. *Philotimus nullus vadit.* Terent: Andr. *Ita facto opus est.*

APPENDIX.

1. Sunt & alia nomina, quæ pro Aduerbijs ponuntur: vt Recens, Sublimè, Frequens, Sueton: in Tyb. cap. 1. *Inde Romam recens conditam, cum magna clientum caterua commigrauit.* Cic. lib. 2. de Diu. *Eaq; scuta, quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta.* Idem de Amic. *Venio in Senatum frequens.* Sic torruum horendum, & alia id genus apud Poëtas. Nomen interdum loco Interiectionis indignationis ponitur. Cic: in Catil. lib. 4. *Quæ (malum) fuit ista amentia.* Contra aduerbium aliquando partes nominis agit. Plaut. Merc. *Bene sic tibi.* Cic. Attic. lib. 5. *Male sit tibi Antonio.* Sic Sat, Satis, Abunde, parum, de quibus in constructione Aduerbij dictum est. Denique verbum loco interiectionis blandientis. Cic. Attic. lib. 5. *Amabo te incumbe in eam rem.*

2. Fit etiam Enallage per atttibuta partium orationis per casus. pro Sex. Rosc. *Duo sunt tibi Roscij quorum alteri Capitoni cognomen est:* pro *Capito.* Per numeros. Plin. lib. 10. c. 73. *In Africa maior pars ferarum, non bibunt inopia imbrium.* Per modos Terent. Andr. *Si te æquo animo ferre accipiet, neglıgentiam feceris,* pro *facies.* Per tempora. Cic. in Ver. lib. 3. *Vnum ostende in tabulis aut tuis aut patris tui, vicisti,* pro *viceris.*

APPENDIX.

Græci Antiptosin propriè appellant, cum casus pro casu ponitur, Genus etiam genere permutatur, numerus numero, persona personis, tempus tempore. Permutantur denique verborum genera. Vide Comment.

Eccli-

Ecclipsis.

Verba petenda foris quæcunq; subaudit Ecclipsis.
Vt, Fuit vrbs quondam Tyrij tenuerè coloni.

Ecclipsis figura est, cui id quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Cic: ad Attic. 26. *Ego si Tyr ad me venio in Tusculanum.* Idem in Ver. 5. *Ridere conniue cachinari ipse Apronius* subauditur *cæpit.* Attic. libro 1. *Quid mihi auctor es* : subauditur *vt faciam, Aduolonè an m neo?* Pro Plan. *Pro vno filio duos patres deprecamur* ; subau nos Teren. Adel. *Clemens, placidus, nulli lædere os arrider omnibus* ; subauditur, *solitus erat.*

Zeugma.

Sugerit ex verbis aliquid tibi Zeugma propinquis
At genus & numeros, casusq; intacta relinquit.
Vt Gener, atq; socer, cùm dira ruisset in arma.

Zeugma figura est cùm id quod in oratione desideratur, è proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu: cæterisq; attributis. Cic: in vlt: par. *Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus æstimanda est.* Pro C. Rubirio. *Virtus & honestas, & pudor cum consulibus esse cogebat.*

Appendix.

Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, Protozeugma dicitur. Cic. ad Attic: 16. *Egi Pater & filius vt tibi sponderem.* Si medium, Mesozeugma Auctor ad Fer. 4. *Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.* Si postremum, Hypozeugma. Cic: Attic. 2. *Mihi & res, & conditio placet.*

Syllepsis.

Cùm pars deficiens ex partibus vlla propinquis
Suppletur, variante aliquo, Syllepsis habetur.
Hoc erit exemplum : Sunt nobis mitia poma,

Casta-

Castaneæ moles, & præssi copia lactis.

Syllepsis est cum id quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu aliquo è cæteris accidentibus. Cic: ad Qu: Fr: 2. *Ille timore ego risu corrui.* Liu bel: Maced 7. *Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quàm ego fratresq; mei.* Vir. Æneid. 3. *Vos ô Calliope precor, aspirate canenti.* vbi intelligit cæteras musas. Cic: de Orat. 2. *Quamobrem hoc vos docebo Sulpiti.* vbi intelligitur etiam Cotta.

Prolepsis.

Partibus attribuit totum commune Prolepsis;
Quod vox significat præiens, in partibus ipsis
Mente subauditum : vt, *Duo Romam auxere potentes*
Italiæ reges. Numa pace, & Rumulus armis.

Prolepsis est cum dictio aliqua totum significans præcessit, quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur : vt, *Duo Reges Romam auxerunt, Romullus bello, Numa pace.* Liu. ab vrb. 4. *Ita duo deinceps reges. alius alia via ille belli, hic pace, ciuitatem auxerunt.* Salust: Bel. Catil. *Exercitus hostium duo, vnus ab vrbe, alter à Hallia obstat.*

Archaismus.

Græce Archagismos, Constructio prisca Latine.
Est ea præcipue, qua quondam est vsa vetustas.

Archagismos Constructio est, qua prisca vetustas pōtissimum vsa est. Ter: Eun. *Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi.* pro *absentibus nobis.* Idem Ibid. *Eijcienda est hercule hæc animi mollities, nimis me indulgeo.* Plaut. Milit. *Iura te non nociturum esse, hominem de hac re neminem.* Cic: in Ver. 5. *Hanc sibi rem præsidio sperant futurum,* pro *futuram.*

Helenismus.

Iure

Iure Hellenismus Danaum, non legibus Vrbis
Nititur: vt Sacra redimitus tempora lauro.
Triste lupus stabulis: Solus tibi certet Amintas.

Hellenismus est Constructio, quæ Græci sermonis leges, non Latini obseruat Luc. ad Cic. 5. *Si solitudine delectaris, quam scribas, & agas aliquid eorum quorum consuuisti, gaudeo.* Virg. Eccl. 3. *Dulce satis humor.* Æn. 1. *Os humerosq́; Deo similis.* Ibid. *Hæc fatus latos humeros, subiectaq́; colla: Veste super, insternor pelle leonis.*

Sunt aliæ præterea figuræ penè propriè Poëtarum quæ in Prosodiam reijciuntur.

DE BARBARISMO

CAPVT XXI. P. S.

Dictio si penitus sit barbara, siue Latina.
Sed vitiosa tamen scripto, aut erore loquentis;
Barbara lexis erit: cui sat numerosa propago.
Iunctaq́; disiungit, diuisa licentiùs arctat.
Tollere multa audet de vocibus, addere frustra:
Tardaq́; dat breuibus passim, cita tempora longis:
Proq́; notis alias ponit, de sede reuellit
Ac transfert: violat leges & iura tenorum.

BArbarismus est dictio aut omnino barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, vel pronuntiatione. Barbara omnino, & peregrina: vt Perla pro Vnione. Auiso, pro Admoneo: & alia generis eiusdem.

Latina dictio vitiosa, fit pluribus modis.

1. Per genera: vt gladia pro gladij.

2. Per numeros: vt scopa pro scopæ: critica pro criticum.

3. Per declinationem: vt vasibus pro vasis: fami famei, pro famis.

4. P

4. Per coniugationem : vt præſtaui, pro præſtiti: conſumabo, pro conſumam: veneraui, pro veneratus ſum: legebo, pro legam,&c.

5. Diuiſione, quum diuidimus coniuncta: vt Siluæ, trium, diſſoluo, quatuor ſyllabarum: pro Siluæ duarum; diſſoluo, trium.

6. Complexione, quum diuiſa coniungimus: vt Phæton, pro Phaëton.

7. Adiectione literæ: vt follium, pro folium, patruum, pro patrum: præcor, pro precor: aſpirationis, vt honus, pro onus: temporis, quando ſyllabæ breui, quæ vnum tempus habet, additur alterum vt fiat longa; vt circumdabo, penultima producta, pro circumdabo penultima correpta.

8. Detractione literæ vel ſyllabæ: vt, Santus, pro ſanctus; tempta pro contempta; preeſt, pro præeſt; aſpirationis: vt odie, pro hodie, temporis, quum ſyllabæ longæ, quæ duo habet tempora, vnum detrahitur, vt at breuis: vt fæcundata penultima cotrepta, pro fæcundata penultima producta.

9. Immutatione quum litera vna aut ſyllaba pro alia ponitur; vt ſet, pro ſed: galde, pro gaude.

10. Tranſmutatione, cum litera aut ſyllaba è ſuo loco in alienum transfertur: vt, interpetor, pro interpretor: trhao, pro traho; proſſecio, pro proceſſio.

11. Fiunt denique Barbariſmi Tenore, quum accentu alio pro alio vtimur: vt, ſi præpoſitiones à ſuis caſibus ſeparemus, eaſque tenore acuto: vel inflexo pronuntiemus: vt, ad, eum, ab illo, à quibus, circum littoras; cum graui accentu, diſſimulata diſtinctione, ſimul cum ſuis caſibus pronuntiandæ ſunt, tanquam ſi vna eſſet vox.

Admonitio P.S.

Cum leges apud Virgilium relliquias, pro reliquias: alituum,

â tuum, pro alitum: extinxem, pro extinxissem; religio, pro religio: peculi, pro peculij: steterunt penultima correpta; Italiam prima producta: cum hæc inquam & hisce similia leges; ne putes principem Poëtarum barbarismum fecisse; multa enim Poëtis conceduntur, quæ cæteris scriptoribus denegantur. Neque mireris, si apud M. Tullum, Oratorum principem, Liberûm nummum, sestertium, pro liberorum, nummorum, sestertiorum: cognôram, nôrunt, aliasque id genus verborum imminutiones offenderis: neq; enim barbarismi sunt detractione; siquidem à consuetudine, certissima loquendi regula impetratum est, vt etiam Oratoribus sic loqui liceret.

OBSCVRÆ ORATIONIS VITIA.

CAPVT XXII. P. S.

Verba insueta nimis generant in mente tenebras:
Rursus & in proprijs oratio condita formis,
Vocibus ambiguis constans, aut sensibus anceps,
Cæcaq; Miosis, quæ lucem Eclipsibus aufert
Verborum turba, & prolixa Parænthesis obstat:
Verbaq; confusè translata & longius æquo.
Synchysis hoc vitium, obscurum, vel Hyperbaton esto.

VErba inusitata, & à consuetudine quotidiani sermonis remota, obscuritatem & tenebras orationi afferunt: vt, si quis oppidò, pro valde dicat. Auerruncare pro auertere. Eandem obscurat vitium, quod à Græcis Acyron, à Latinis improprium dicitur: vt, Sperare pro timere. Virg: Æneid: 6.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

2. Ite

2. Item ambiguitas, quæ Amphibologia Græcè appellatur, idque vel in vno verbo: vt, Taurus, animalnè sit, an mons, an signum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligetur, vel in sermone: vt, Audivi Chremetem percussisse Demeam.

3. Obscuratur præterea oratio, cùm sermoni deest aliquid, quominus plenus sit: *Meiosis* Miosis, hoc est, diminutio dicitur, quæ fit per figuram Ecclipsim: vt, *Ille domum recta;* desideratur, *contendit:* quanquam multa excusat Synecdoche figura verborum.

4. Vel contra cùm inani verborum turba, atque copiosa loquacitate obruitur oratio; Perissologiam vocant.

5. Impeditur denique sermo, quominus dilucidus sit, si longa Parenthesis interijciatur: aut si verba confusa, permistaq; longiùs traijciantur. Hor. Ser. 1. Sat 5. *Namq; pila lippis inimicum, & ludere crudis.* Rectus enim ordo est. Namque pilâ ludere, inimicum est lippis, & crudis: quod vitium Synchysis, vel Hyperbaton obscurum, hoc est, confusa, ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

APPENDIX.

Simplice comtempto fit Hyperbaton ordine, Virtus
Non male verborum Transgressio dicta Latinis.

Quum orationi structura, decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine: non vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, id est, transgressio verborum. Cicero pro Clun. *Animadverti omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes.* In duas partes divisam esse, simplex erat ordo: sed durus & incomptus.

Hyperbati aliquot species.

In verbis quoties geminis præposterus ordo

Cernitur, vt mecum, sit Anastrophe: at illa Maronis,
Vrbem, quam statuo, vestra est, sugienda videtur.
Et similes, quas fortè neutrum proferre coëgit.

Hyperbati, sive Transgressionis aliquot sunt species, quæ elegantiæ causa vsurpantur.

1. Anastrophe est, duorum verborum ordo præposterus: vt, Mecum, Tecum, Secum, Nobiscum. Quibus de rebus, Anastrophe illa: *Vrbem, quam statuo, vestra est*, pro *Quam vrbem statuo. Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?* pro *Quem Eunuchum, &c.* admodum dura est.

Compositis aliquid solet interponere Tmesis.
Vt, Periêre boni, rès verò publica luget.

2. Tmesis est, quum verbum compositum diuiditur aliquâ dictione interpositâ. Cic. Attic. 5. *Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum.* De Senect. *Omnia memoriâ tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella.* Eiusdem generis sunt illa: *Rem verô publicam penitùs amisimus. Præclarum est pro Patria, Req́; publica mortem oppetere.*

Quum breuis est sensus medio in sermone priusquam
Absoluas, medium ceu gemma, Parenthesis ornat.

3. Parenthesis, est breuis sensus sermoni, antequam absoluatur, interiectus. Cic. Phil. 3. *O præclarum custodem ouium(vt aiunt) lupum.* Liuius Bell: Pun. 8. *Tantum, pro dolor, degenerauimus à parentibus nostris?* Illud verò cauendum diligenter, ne longior Parenthesis, neuè crebrò adhibeatur.

DE INORDINATÆ ORATIONIS VITIIS.

CAPVT XXII. P. S.

Magna Tapinosis verbis minuentibus effert,

Macrologi Sermo iusto prolixior exit.
Tautbologi voces iterumq́; iterumq́; frequentant.
Dictaq́; mox repetunt dictis iterata secundis.

CAcophaton est obscœnum dictum, siue id vno verbo, siue pluribus, siue deformi literarum concursu fiat.

2. Tapinosis est, qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur: vt, si quis parricidam, hominem nequam vocet.

3. Tautologia est eiusdem sermonis iteratio sine causa: vt, *Ibant quâ poterant: quà non poterant non ibant.*

Est fugienda notæ vitiosa frequentia: vocum
Neuè superuacuo scateat Pleonasmus aceruo:
Neuè elementa suis concursibus aspera fiant.

4. Vitanda est nimia eiusdem literæ assiduitas: vt, *Quidquam, quisquam, cuiquam, quod conuenit neget.*

5. Macrologia, est longior quam oporteat, sermo. Liuius ab vrb. 8. *Legati non impetrata pace, retro domum, vnde venerant, abierunt.*

6. Pleonasmos est vitium, quum superuacaneis verbis oneratur oratio: vt, *Ego oculis meis vidi,* satis est enim *vidi.*

7. Cauendum etenim diligenter est, ne consonantes asperè concurrant: vt s, cum vltimam x, proxima: vt *Exercitus Xerxis.* Durior etiam fit concursus, si vtraque seipsam sequatur: vt, *Ars studiorum Rex Xerxes.*

Deniq́; vocalis creber concursus, biantem
Reddit, & incomptum sermonem, atq́; exitus idem
Multarum vocum: ceu flentes atq́; dolentes.
Syllabæ in extremo positæ si forte sequentis
Vocis erunt primæ, turpis Cacophonia fiet.

8. Vitandi & crebri vocalium concursus, quæ vastam & hiantem orationem reddunt: vt, *Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant. Viro optimo obtemperasti olim.*

9. Illud quoque vitium eſt, ſi multæ voces eiuſdem exitus in vnum locum congerantur: vt *Flentes, plorantes, lachrymantes, obteſtantes.*

10. Etſi verbi prioris vltimæ ſyllabæ, ſint primæ ſequentis: vt, *O fortunatam natam me conſule Romam.*

APPENDIX.

1. Si quando puer apud graues Oratores, ſiue Scriptores alios aliquid offenderit, quod ſuperuacaneum, atque otioſum eſſe videatur, ne id ſine cauſa factum putet. Adduntur enim interdum quædam affirmationis gratia. Ter. Adeph. *Hiſce oculis egomet vidi.* Virg. Æneid. 4. *Vocem his auribus hauſi.*

2. Adduntur & alia, quæ aut conſuetudine, aut au ctoritate, aut vetuſtate, aut neceſſitate deniq; excuſantur.



EMMANVELIS ALVARI, E SOCIETATE IESV, DE INSTITVTIONE GRAMMATICA.

LIBER TERTIVS

De Syllabarum Dimensione

CAPVT I.

Pro Suprema Schola Grammatices.

VErsvs ex pedibus constat: Pedes è syllabis. At syllabæ, de quibus nunc agendum est, fiunt ex literis.

Syllabæ fiunt vel ex vna vel ex pluribus literis: vt i, e, runt Literæ partim sunt Vocales, partim Consonantes.

Ex Vocalibus fiunt sex diphtongi, AE, AV, EI EV, OE, YI: vt præmium, aurum, hei, Europa, pœna, Harpyia.

Consonantes in Mutas & Semiuocales diuiduntur.

Mutæ sunt octo: B, C, D, G, K, P, Q. T.

Semiuocales itidem octo: F, L, M, N, R, S, X, Z

Ex quibus quatuor sunt liquidæ: L, M, N, R.

Duæ, X, & Z, sunt duplices hoc est, valent duas Consornantes, X, cs, Z ds, Veteres Z, per duplex SS, reddebant: vt Massa patrisso.

F, præposita liquidis, L, & R, vim habet mutæ.

S, quam-

S, quamuis immune ac sui iuris sit, (neque enim inter liquidas, aut duplices numeratur) interdum tamen liquescit; vt suo loco dicemus.

H, sitnè litera an aspirationis nota, dubium controuersumque est.

I, inter duas vocales posita, consonans est atque duplex, i, valet: vt maior, peior, Veteres I, geminabant, maijori, aijo, Maija.

Multi sibi persuadent (quod quidem verisimile est, veteres I, consonantem molliter pronunciasse, sono potiùs ad vocalem, quam ad G, accedente: vt Pompeij, non Pompegi: Maiestas, non Magestas.

I, & V, cum vocalibus præponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes: vt ianua, iecur, conijcio, iocus, iudex, vates, velox, vita, vox, vultus.

Iota, Græcorum nunquam est consonans: quare in Iason, Iambus, Iaspis, & cæteris quæ planè sunt Græca, prima vocalis est.

Iod, apud Hebræos semper consonans est, cùm vocalibus præponitur, IESVS, IOANNES, IACOBVS. Itaq; qui hæc atque alia eiusdem generis nomina per I, consonantem efferunt, optimè quidem pronuntiant: qui vero per vocalem Græcos imitantur.

APPENDIX.

Claudianus more Græcorum dixit: *Ne laceres versus dux Iacobe meos.* Antiquis tamen Poëtis maior habenda est fides. Horat. 1. Sat. 5. *Credat Iudæus Apella.*

V, post Q literam, semper liquescit; vt quare, quæro, quia, &c. At post G, & S, modo liquescit; vt lingua, anguis, extinguo, suadeo, suauis, modo integra est, suamque vim retinet; vt exiguus, suus.

Literæ liquescunt, quum vim, roburq; vocalis, aut consonantis amittunt.

Syllabæ partim breues, partim longæ, partim communes.

SYllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt breves, aut longæ, aut communes. Tempus est spatium, intervallumq; quo syllaba pronuntiatur. Syllaba brevis ex vno tempore, atque spatio constat: vt, At; sed longa ex duobus: vt, Ah, en. Communis est, quæ in versu tum brevis, tum longa esse potest; quales sunt priores, in Athlas, Cyclops mediæ, in tenebræ, pharetra.

2. Nulla vocalis apud Latinos perpetuò brevis, aut longa est. Apud Græcos, e, & o, Epsilon, & Omicron, quæ e, & o, breve valent, perpetuò sunt breves. vt, Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedones, I, & O, Ita & Omega, quæ E, & O, longum valent, semper sunt longæ: vt mediæ syllabæ in Eremus, Idolum.

PRÆCEPTA GENERALIA,

De Syllabarum brevitate ac longitudine.

CAPVT II.

Præceptum I. De vocali ante vocalem.

Vocalem breviant, alia subeunte, Latini
Produc, ni sequitur R, Fio, & nomina quintæ,
Quæ geminos casus, E, longo assumit in Ei.
Verùm, E, corripiunt fideiq; speiq; reique,
Vatibus est communis Ius genitiuus. Alius
Tende; breve alterius. Pompei, & talia produc:
Eheu produces semper: Variabitur Ohe.

SCHOLION.

VOcalis ante vocalem in Latinis dictionibus brevis: vt, Puer, Fuit, Ruit. Virgil. Æneid.

Disce puer virtutem ex me; verumque laborem.

EXCEPTIONES.

1. Fio, I, habet longum, nisi sequatur, R, ut fiebam, fiam. Iuv. Saty. 2. *Fient ista palam, cupient & in acta referri.*

Sin R, sequatur, breve est: ut, fierem, fieri, confieri. Virg. Æneid. 4. *Confieri possit paucis, adverte docebo.*

2. Interrogandi, ac dandi casus quintæ declinationis, E, ante I, producunt: ut, Diei, speciei, præter rei, spei, fidei. Horat 1. Sat. 9. *Ventum erat ad Vestæ quarta iam parte diei.*

3. Genitiuus in ius, habet I. longum in soluta oratione; in carmine tum breve, tum longum: ut, unius, illius. Præter alterius, quod ubique I, habet breve: Alius verò longum.

Virg. Æneid. *Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.*

Hor. Epist. 1. *Nullius addictus iurare in verba magistri.*

4. Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt similes vocandi casus, penultimam habent longam.

Mart. 4. *Quod peto da Caj, non peto consilium.*

Ovid. de Ponto 4 *Accipe Pompei deductum carmen ab illo.*

5. Eheu priorem habet longam. Virgilius Ecclog. 2 *Eheu quid volui misero mihi*

6. Ohe, priorem habet communem.

Mart. lib. 4. *Ohe iam satis est, ohe libelle.*

APPENDIX.

Græca per Ausoniæ fines sine lege vagantur,
Quædam etenim brevibus veluti Symphonia gaudent,
Et quædam longis: ceu Dia, Chorea; Thalia,
Darius, Cytherea, Aer, Elegia, Platea,
Atq; alia; At choream rapuit, Plateamq; Poesis,
Solvit & ingeminas veluti Cythereia longam.

1. Aêr, Chorea, Platea, Cytherea, Elegia, Darius, & alia huius generis, quæ vocalem ante vocalem longam habent; Græca sunt.

Ovid. Met. 2. *Terra feras cepit volucres agitabilis aër.*

Id. Ibid. 8. *Sæpè sub hac dryades festas duxêre choreas.*
Virg. 8 *Parce metu Cytherea, manent immota tuorum.*

2. Chorea, Platea, interdum à Poetis corripiuntur.
Æneid. 6. *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*
Horat. l. 3. *Puræ sunt plateæ, nihil vt mediantibus obstet.*
Ovid. Met 4. *Exigit iudici memorem Cythereia pænam.*
Idem Eleg. 1. *Flebilis indignos Elegia solve capillos.*

3. Idea, Andreas Philosophia, Symphonia, Etymologia, Orthographia, & alia quam plurima, vocalem ante vocalem corripiunt; licet eadem nomina acuta penultima, multi viri docti, more Græcorum, in soluta oratione pronunciant.
Hor in Arte. *Vt gratas inter mensas symphonia discors.*

Præceptum II. De Diphtongis.

Diphtongus longa est in Græcis, atque Latinis.
Præ rape præpositam vocali, dicq; præustus.

SCHOLION.

Diphtongus longa est tum in Græcis, tum in Latinis, dictionibus; vt Æneas, Melibœus, Præmium, Laus: Heus.
Virg. Æneid 1. *Miratur molem Æneas magalia quondam.*
Idem Ecclog. 1. *O Melibæe Deus hæc otia fecit.*

EXCEPTIO.

Præpositio *Præ*, composita, quum vocalem præcedit, brevis est: præustus, praeco.
Virg. Æn. 6. *Stipitibus duris agitur, sudibusque præustis.*
Nonnunquam producitur. Stat. Theb. 6. *Præmia cum vacuus, Domino præiret Acyron.*

Præceptum III. De Positione.

Vocalis longa est, si consona bina sequatur,
Aut duplex, aut I, vocalibus interiectum.

SCHOLION.

Vocalis ante duas consonantes; vel unam duplicem, vel ante I, sequente alia vocali ejusdem dictionis, longa

longa est positione: vt Terra, Araxes, Gaza, Majora, Troja. Virgil. Æneid 3.

Terra procul vastis colitur Mavortia campis.

Luc. *Subiuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.*

APPENDIX.

Consona principium verbi sortita sequentis.
Seu duplex, seu bina, nihil præeuntibus auget
Temporis, vt fiant longæ: ceu clara Zacynthos.

1. Si altera consonans fuerit in fine præcedentis dictionis; altera in principio sequentis vocalis, nihilominus longa erit: vt, *At pius.* *At*, longum est, positione duarum consonantium, T, & P, quamvis sint in diversis dictionibus.

Æneid. 1. *At pius Æneas per noctem plurima volvens.*

2. Si vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis; nihil præcedentem vocalem brevem juvabit. Ovid. Met. 2. *Sedebat*

In Solio Phœbus claris lucente Smaragdis.

Æneid. 4. *Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.*

Luc. l. 2. *Talem fama canit tumidum super æquora Xerxem.*

3. Lucente, nemorosa, æquora, vltimas habent breves licet duæ consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.

Exceptio I. De Liquescentibus.

Contrahit orator, variant in carmine vates.
Si mutam, liquidamq́; simul brevis vna praivit.

SCHOLION.

Vocalis brevis ante mutam & liquidam eiusdem dictionis, in carmine communis est, at in soluta oratione perpetuò corripitur: vt, Volucris, Cyclops.

Ovid. Met. 2. *Et primo similis volucri, mox vera volucris.*

APPENDIX.

At mu-

At mutam, & liquidam quoties ab origine longa
Præcedit, rapitur nunquam: ceu matris, Aratrum.

1. Necesse est præcedere mutam, sequi liquidam; alioquin syllaba non liquescit: vt arma; deinde vocalem natura breuem esse: nam vocalis natura nunquam liquescit, vt matris. Agnoscitur autem syllaba breuis sæpè ex nominatiuo, in quo liquida R. non iungitur mutæ, proximè præcedenti; vt Calaber, Cantaber, Pater. A, natura breuem habent, quod accentus docet, vel exempla Poëtarum: quare in Calabro, Cantabro, patre, A, natura breuis liquescit. At saluber, mater, ater producuntur, u, vel a, quare in salubre, matre atrum, nunquam corripitur, Vbi hæc regula vsui non est, Accentus vsui erit, aut exempla Poëtarum. Nam, quæ accentu graui deprimuntur, natura breuia sunt; vt tenebræ, latebræ, pharetra, cerebrum: quæ acuto attolluntur, natura longa, vt ambulacrum, delubrum, ventilabrum, volutabrum. Item quæ breuia reperiuntur apud Poëtas, sunt natura breuia, vt atrox.

Virg: Æneid. 7. *Sæuit atrox Volscus.*

Vtraq; vocalem si consona iuncta sequentem.
Non ferit, anteiens breuis est (velut obruo) nunquam.

2. Necesse est etiam, vt muta, & liquida ad sequentem vocalem spectent. Quocirca abluo, obruo, subleuo, aduitor, & cætera ex hisce præpositionibus composita nunquam primum corripiunt: quia muta ad præcedentem vocalem pertinet. Composita tamen ex re, vt reflecto, refringo, refreno, recludo, reprimo, primam sæpè corripiunt: quia muta ad sequentem vocalem refertur.

3. M, & N, rarò liquescunt, idque in Græcis dictionibus duntaxat: vt Tecmessa, Cygnus, Therapnæ, Ichneumon.

Sil. lib. 8. *Ecce inter primos Therapnæo à sanguine clausi.*

Mart.

Mart: lib. 7. *Delectat Marium, si perniciosus Ichneumon.*

E X C E P T I O.

Quadrijugus rapitur: Bijugus coniungitur olli.
In quibus, I, duplex non est, sed consona simplex.

I, Inter duas vocales in compositis; vt Bijugus, Quadrijugus; simplex consonans est, non duplex; quare merito præcedens vocalis corripitur.

Virg: Æn. 10. *Interea bijugis infert se Lucagus albis.*
Id: Geor: 3. *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.*

Præceptum IV. De præteritis dyssillabis.

Præterita assumunt primam dissillaba longam,
Sto, do, scindo, fero rapiunt, bibo, findo priores.

S C H O L I O N.

Præterita dissyllaba habent priorem longam, vt veni, vidi, vici. Virg: Æneid. 2. *Quos vbi confertos audire in prælia vidi.* Ibid. *Venit summa dies, & ineluctabile tempus.*

E X C E P T I O.

Steti, dedi, scidi. tuli, bibi, fidi, à findo corripiunt primam.

Mart: 1. *Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.*
Luc: 3. *Aut scidit & medias fecit sibi littora terras.*
Virg. 9. *Diffidit: & multa porrectum extendit arena.*

A P P E N D I X.

Abscidit, abscidit modulantur vtrumque Poëtæ.

Compositum, abscidi habet penultimam communem.
Luc: 2. *Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas.*
Idem 4. *Abscidit nostræ multum sors inuida laudi*
Mart: 3. *Abscidit vultus ensis vterq; sacros*

S C H O L I O N

In soluta tamen oratione corripiendum videtur: veri simile enim est, quando à Poëtis producitur ab inusitato præsenti deduci abscedo: quando verò corripitur, ab vsitato abscindo.

Præ-

Præceptum V. De præteritis geminantibus primam.

Præteritum geminans primam, breuiabit vtramq;
Vt pario, peperi, vetet id nisi consona bina.
Cædo, cecidit habet longam, ceu pedo secundam.

S C H O L I O N.

Quum prima syllaba præteriti geminatur, eadem & secunda breuis est; nisi obstent duæ consonantes: vt cecini, tetigi. Virg. Geor: 4. *Tytire te patulæ cecini sub tegmine fagi.*

Excipiuntur Cecidi, à Cædo; Pepedi;à pedo, in quibus secunda longa est, vt in ijs, in quibus duæ consonantes sequuntur: vt Cucurri, tetendi.

Iuu: Sat: 3. *Ebrius- ac petulans, qui nullum forte cecidit.*

Præceptum VI. De Supinis dyssillabis.

Cuncta Supina volunt primam dissillaba longam.
At reor, & cieo; fero, & ire, sinoq; linoq;.
Do, queo, & orta ruo, breuiabunt ritè priores.

S C H O L I O N.

Supina duarum syllabarum habent priorem longam: vt, visum, motum.

Æneid. 6. *Terribiles visu formæ Lethumq; laborq;.*
Æneid. 1. *Quos ego: sed motos præstat, componere fluctus.*

E X C E P T I O.

A reor, ratum, à sero satum, à do datum. à lino litum, ab eo itum, à ruo rutum, à queo quitum, à sino situm: supina dyssyllaba primam corripiunt.

Virg: En. 2. *Nos abüsse rati, & vento petijsse Mycenas:*
Idem Ibid. *At non ille satum, quo te mentiris Achilles.*
Val: Flac: l 3. *Vulnus & extrema sonuit cita cuspide cassis.*
Ouid. Met. 2. *Hic situs est Phaeton, currus auriga paterni.*
Virg.Geor.3. *Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis.*

APPENDIX.

1. Citum à Cieo, secundæ coniugationis, priorem breuem habet: vnde Concitus penultima breuis.

Virg: Æn. 12. *Altior insurgens, & cursu concitus Heros.*

Ouid: Met. 2. *Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*

2. Citum verò à Cio, quarti ordinis, priorem producit: vnde Concitus, Excitus, penultima longa.

Luc: lib. 5. *Vnde ruunt toto concita pericula mundo.*

Id: lib. 1. *Rupta quies populis, stratisq; excita iuuentus.*

3. Ruo nunc facit Ruitum supino, priscis sæculis Rutum fecit: vnde exstant composita dirutum, erutum, obrutum.

Ouid. Ep. *Diruta sunt alijs, vni mihi pergama restant.*

Virg. Æn. 1. *Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bello.*

Communem, statum, primam seruare videtur.

4. Statum videtur priorem habere communem: inde enim status, us, & status, a, um, priore breui oriuntur: & composita, quæ per I, efferuntur, ipsum corripiunt, vt præstitum.

Ouid: Fast. 4. *Hic status in cœlo multos permansit in annos*

Idem Fast. 1. *Musa quid à fastis non stata sacra petis.*

Inde etiam staturus constaturus: & quæ per a efferuntur, eandem producunt.

Lucan: lib. 3. *Tunc res immenso placuit statura labore.*

Mart. 10. *Constatura fuit Magalensis purpura centum.*

Præceptum VII. De supinis polysyllabis.

Vtum producunt polysyllaba cuncta supina,
De Vi præterito semper producitur itum.
Agnitus, agnosco, & cognosco cognitus effert.
Cætera corripies in itum quæcunque supina.

SCHOLION.

SVpina, tum polysyllaba præcedente V, habent penultimam longam: vt Solutum, argutum, indultum.

Æne:

Æneid. 9. *Lumina rara micant, somno, vinoq; soluti.*

Item in tum, à præteritis in ui, per u, consonantem: ut cupiui, cupitum; petiui, petitum; conditum à cōdio. Ovid. Trist. 4. *Exul eram requiesq; mihi, non fama petita est.*

EXCEPTIO.

Agnovi tamen, & cognovi, agnitum, cognitum, penultimam brevem habent.
Ovid. Trist. *Idq; recens præstas, nec longo cognitus vsu.*

APPENDIX.

Supina in itum, à præteritis in ui, per u, vocalem, cæteraque Supina in itum, habent penultimam brevem: vt, Monui, monitum; tacui, tacitum; credidi, creditum.
Æneid. 6. *Discite iustitiam moniti, & non temnere divos.*
Ibid. *Quis te magne Cato, tacitum aut te Cosse, relinquat.*

Præceptum VIII. De Derivativis.

Derivativa patris naturam verba sequuntur.
Mobilis & fomes, laterna, ac regula sedes.
Quanquam orta è brevibus gaudent producere primam
Corripiuntur arista, vadum sopor, atque lucerna,
Nata licet longis, vsus te plura docebit.

SCHOLION.

1. Derivativa sequuntur naturam eorum, à quibus derivantur; vt, legebam, lege, legito, prima brevi: quia oriuntur à præsenti lego, legis, cuius prior brevis est.

2. At legeram, legissem, legero, legisse prima longa: quia à præterito legi nascuntur, cuius prior longa est.

3. Aratrum, simulacrum, ambulacrum, lavacrum, volutabrum, involucrum, penultima longa: quia à Supinis aratum, simulatum, ambulatum, lavatum, volutatum, involutum deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

4. Re-

4. Reditus, exitus, introitus, aditus, initus, obitus penultima correpta: quia Supina, vnde fiunt eandem habent brevem.

EXCEPTIO.

Multa, quæ ſuæ originis naturam non ſequuntur, uſu aſſiduaque Poëtarum lectione ſunt diſcenda, cujuſmodi ſunt, fomes, mobilis, laterna, regula, ſedes; quæ primam habent longam: cùm verba foveo, moveo, lateo, rego, ſedeo, à quibus proficiſcuntur, eandem corripiant.

2. Contra, lucerna, ariſta, ſopor, odium, vadum, primam corripiunt: cùm verba, luceo, areo, ſopio, odi, vado, à quibus derivantur, eandem producant.

Præceptum IX. De Compoſitione.

Legem ſimplicium retinent compoſta ſuorum:
Vocalem licet aut diphtongum ſyllaba mutet.
Deiero corripies, cum peiero; & innuba, nec non
Pronuba, & ambitus, nihilumvè, & ſemiſopitus,
Fatidicum, & reliquos fratres à dico creatos.

SCHOLION.

1. Compoſita, brevitatem vel longitudinem ſimplicium ſequuntur.

2. In Perlego, relego, E, ante G, brevis eſt; quia in ſimplici lego etiam corripitur. In præterito perlegi, relegi producitur; quia in ſimplici legi itidem longa eſt.

3. Attigi, concidi, diffidi, ebibi, reſcidi, I, literam habent brevem: quia in ſimplicibus eadem vocalis corripitur: Tetigi, cecidi, à cado, &c.

4. Oblitum, inſitum, circumdatum, deſitum, penultimam ob eandem cauſam habent brevem; nam alitum fit oblitum, &c.

APPENDIX.

1. Quantitas ſimplicium ſervatur in compoſitis, quamvis vocales mutentur: ſic concido, excido, incido, rec-

dc

do, à cado, penultimam corripiunt. Eligo, seligo, à lego. Contra, concido, excido, incido, occido, recido, à cædo, eandem producunt: sic allido, à lædo: exquiro, requiro, à quæro; Obedio, obedis, ab audio.

Virg. Æn. 12. *Occidit occideritq́, sinas, cum nomine Troia.*
Iuven. Sat. 7. *Occidit miseros Crambe repetita magistros.*

2. Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur: Dejero, pejero, à juro: pronuba, innuba, à nubo: Semisopitus, à sopio, maledicus, causidicus, veridicus, fatidicus, à dico: nihilum, ex ni, & hilum.

Hor. Ser. 2. Sa: 1. *Stultitianè erret, nihilum distabit an ira.*

3. Connubium à nubo, secundam syllabam habet communem, Virg. Æneid. 3. *Hectoris Andromache, Pyrrhin connubia servas.* Æneid. 1. *Connubio iungam stabili, propriamq́, dicabo.*

Ambitus participium, media longa.

Ovid. Met. 1. *Iussit & ambitæ circumdare littora terræ.*

Ambitus verò nomen, eandem habet brevem.

Lucan. l. 1. - - - - - *lethalis ambitus vrbi.*
Ovid. in Ep. *Theseu prensuras semisopita manus.*

4. Sopio tamen, & sopitus primam producunt.

Ovid. Met. *Pervigilem superest herbis sopire draconem.*
Virg. Æneid. *Hunc ego sopitum somno super alta Cythera.*

Præceptum X. De Præposit: Compositione.

Longa A, De, E, Se, Di, præter dirimo atq́, disertus:
Sit Re breve, atque refert, à res producito semper.
Corripe, pro Græcum, producis ritè Latinum.
Contrahe, quæ fundus, fugio, neptisq́, neposque.
Et festus, fari, fateor, fanumq́, crearunt.
Hisce profectò addes, pariterq́, procella protervus;
Atque propago genus, propago protrahe vitis.
Propino varia, procurro, propago, profundo.

Corripe, AB, & reliquas, obstet nisi consona bina.
Hæc sunt: Ad, vel In, Ob, Per, Sub, Super, Anteq́, Circum.

SCHOLION.

AE, DE, DI, Se, longæ sunt: vt Amitto, erumpo, deduco, diripio, separo.

Virg. Æneid. 1. *Amissos longo socios sermone requirunt.*
Idem 1. *Deducunt socij naves, & littora complent.*
Ibidem 1. *Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.*

EXCEPTIO.

Dirimo, & Disertus, Di, corripiunt.

Æneid, 5. *Cede Deo, dixitq́, & prælia voce diremit.*
Mart. l. 6. *Quod tam grande Sophos clamat tibi turba togata*
Non tu, Pomponi, causa diserta tua est,

Refert, à refero corripitur, quum significat Interest, producitur.

Virg. Geor. 2. -- *Neque enim numero comprehendere refert.*

1. Pro, Præpositio brevis est apud Græcos; vt Propontis: Longa apud Latinos; ut Proveho.

Ov. de Pon. 4. *Misit in has si quos longa Propontis aquas.*
Æneid. 3. *Provehimur portu, terræq́ vrbesq́ recedunt.*

EXCEPTIO.

1. Verùm corripiuntur, profundus, profugus, pronepos, & proneptis, profectus, profari, profiteor, profanus, profectò, procella, protervus, & propago, quum genus significat; nam propago, cùm ad vires refertur, producitur.

Lucil 6. *Quum prior affatur Pompei ignava propago.*
Virg. Georg 2. *Pressos propaginis arcus*

2. Propino, & Procuro, primam habent communem. Propago verbum, & profundo, raró primam corripiunt.

3. Præpositiones AB, vt abeo; AD, vt adoro; Ante, vt An.

vt Antefero, Cum, vt Circumago, In, vt Inuro, Ob, vt Obeo, Per, vt Pereo, Sub, vt Subeo, Super, vt Superaddo, corripiuntur. Item Græca præpositio; vt Adamas, adytum, atomos.

Ouid: Fast. 3. *Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi.*

Virg: Æneid. 6. *Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla.*

Iuuen: Sat. 7. *Circumagat madidas à tempestate cohortes.*

Præceptum XI.

De A, E, I, Y, & O, in compositione.

Produc A, semper compositi parte priore,
At simul E, simul I, crebro breuiare memento,
Ne quidquam, produc, nequando venefica nequam,
Nequaquam, nequis seciosq; videlicet addes.
Idem masculeum produc, & si quis ibidem,
Scilicet, & bigæ, tibicen vbiq; quadrigæ,
Bimus, tantidem, quidam, & composita diei.
Compositi, o breuiant Græci; Samothracia testis,
Sed Minotaurus, pariterq; Geometra longum est.
Hic Latium variat, producere namq; alioquin,
Et quandoq; at quandoquidem breuiare solemus.

SCHOLION.

Si prior pars, A, vocali terminetur, producitur: vt, traho, traduco, trado. Sin autem E, ferè breuis est: vt, liquefacio, tapefacio, tremefacio, stupefacio, nefas.

Virg: Geor. 1. *Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa.*

Idem Æneid. 9 --- *atro tepefacta cruore.*

Iuuen: Sat. 3. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum.*

EXCEPTIO.

1. Excipe Nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia,

nequaquam, nequidquam, nequando, videlicet, veneficus, venefica longa sit.

Virg. Æneid: 2. *Neque meis esto dictis mora: Iupiter hac stat.*

Ouid: in Ep. *Barbara narratur venisse venefica tecum.*

2. Si prior pars compositionis in I, vel Y, desinat, corripitur: vt omnipotens, causidicus: tubicen, Palinurus, Polydorus.

Virg; Æneid: 10. *Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas.*

Mart: 8. *Carpere causidicus fertur mea carmina qui sit, Nescio si sciero, væ tibi causidice.*

Virg: Æneid. 5. *Nudus; & ignota Palinure iacebis arena.*

Idem 3. *Nam Polydorus ego, &c.*

EXCEPTIONES.

I, Longum habent ibidem, vbique, idem pronomen virile, nam neutrum breue est) bigæ, quadrigæ, siquis, siqua, siquod, scilicet, tubicen, mellyphilon, Trinacria, bimus, trimus, quadrimus, tantidem, quiuis quidam, quilibet, biduum, cæteraque composita ex die, vt meridies, &c.

Mart: 12. *Difficilis, facilis iucundus, acerbus & idem.*

Idem 2. *Si totus tibi triduo legatur.*

Idem 3. *Inter tepentes, post meridiem buxos.*

Quatriduum corripitur interdum.

Vbicunque frequentiùs I, habet breue:

Mart: 1. *Qui tecum cupis esse meos vbicunque libellos.*

Ouid. tamen Met: produxit. *Seruor vbicunq; est &c.*

Vbiuis, vbilibet, produci solent.

O, In Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens, corripitur: Cymothoe, Carpophorus, Argonauta.

Mart: 1. *Secula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent*

Ia[m]

Iam nullum monstris orbe fuisset opus.

Idem 13. *Non nautas puto vos, sed Argonautas.*

EXCEPTIO.

1. Quæ per Omega scribuntur, longa sunt, Geometra, Minotaurus, *Lagopus* Lagopus nec plura facilè inuenias quibus vtantur Latini.

Virg: lib 6. *Minotaurus inest, &c.*

Met: lib. 1. *Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.*

2. O, in Latinis dictionibus compositis partim producitur: vt alioquin, quandoque, partim corripitur: vt quandoquidem, hodie, &c.

Virg: Eccl 2. *Dicite quandoquidem in molli consedimus herba*

Hor: in Ar. *Indignor? quandoque bonus dormitat Homerus.*

DE INCREMENTO NOMINIS SINGVLARI.

CAPVT III.

Quid sit Incrementum.

SI Genitiuus singularis par fuerit nominatiuo, syllabarum numero, nullum erit Incrementum: vt Musa, musæ Dominus, domini. Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incrementum erit, quæ in omnibus casibus vtriusq; numeri semper genitiui quantitatem seruat: vt, sermo, sermonis, sermoni, sermone, sermonibus, vbique O, longum est.

Præter bobus, vbi O, producitur, quamuis in genitiuo singulari corripiatur Bouis.

Ouid: ep. 5. *Non profecturis littera bobus aras.*

APPENDIX.

Inter, supellex, composita ex caput literis P. S. finita, duplici augetur incremento, itineris, supellectilis, biceps; bicipitis.

Incrementum Primæ & secundæ declinationis.

Casibus obliquis vox crescit prima: secunda
Corripit incrementa, tamen producit Iberi.

S C H O L I O N.

A, Incrementum primæ declinationis nullum est, nisi apud Poëtas: vt, Aulai, Pictai, quod longum est.

Virg: Æneid. 1. *Aulai in medio libabant pocula bachi*

Incrementa secundæ declinationis corripiuntur: vt, miser, miseri; vir, viri; satur, saturi.

Virg: Æneid. 1. *Non ignara mali, miseris succurrere disco.*

Persius Sat. 1. *---- inter pocula quærunt.*
Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.

E X C E P T I O.

Iber, iberi, penultimam habet longam, & ex eo compositum, Celtiber Celtiberi.

Luc: lib. 4. *Interea domitis Cæsar remeabat Iberis.*

Incrementa tertiæ declinationis.

Nominis A, crescens quod flectit tertia, longum est.
Mascula corripies, Ar, & Al, finita simulq;
Par cum compositis, hepar cum nectare bacchar.
Cum vade, mas & anas: queis iunge laremq; iubarq;.

S C H O L I O N.

A, Incrementum singulare tertiæ declinationis longum est, vt vectigal, Titan, pietas, pax calcar, & Aiax.

Ouid Fast. 3. *Concitat iratus valido, Titanas in arma.*

Virg: Æneid. 7. *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.*

E X C E P T I O.

Corripe masculina in Al, & Ar: vt Sal, Annibal, Amilcar,

milcar, par, impar, compar, dispar, &c. Vas, vadis: mas, maris: anas. tis: lar, jubar.

Æneid. 1. *Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.*
Silius l. 8. *Annibalem Fabio ducam spectante per vrbem.*
Æneid. 5. *Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ.*

A, As.

A quoque, & As Græcum breve postulat incrementum,
S. quoque finitum, si consona ponitur ante.
Et fax cum styrace; & Philace, & cum smilace climax.

SCHOLION.

Item Græca in A, & As: vt Poëma, stemma, Pallas; & quæ consonantem habent ante S; vt Trabs, Arabs, fax, styrax, Arctophylax, & alia composita à Phylax, smilax, & climax. Itemque illa minus vsitata, dropax, & antrax, atrax, panax, colax, abax, nycticorax. Candax, & Pharnax non sunt in usu; sed Pharnaces, Pharnacis. Candace, Candaces.

Iuven. Sat. 1. *Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo Sanguine censeri?*
Virg. Æneid. 2. *Instar montis equum divina Palladis arte ædificant.*
Ovid. Fast. 4. *Nam modò Thurilegos Arabas, modò suspicis (Indos.*
Luc. 2. *Tigranemq; meum, nec Pharnacis arma relinquas.*

E.

E, crescens, numero breviabit tertia primo.
Verùm protrahitur genitivus in Enis, Iberque,
Ver, luter, locuples, hæres, mercesq;, quiesque,
Lex, vervex, halex, seps, plebs, rex insuper adde
El peregrinum, Er, Es, Græcum, æthere & aëre demptis.

SCHOLION.

E, Incrementum singulare tertiæ Declinationis breve est; vt grex, teres.

Ovid. Met. 4. *Mille greges illi totidemque armenta per herbas pascebant.*

EXCEPTIO.

1. Genitiuus enis, penultimam habet longam; vt Ren, renis: Siren, sirenis.

2. Item peregrina in el: vt, Michaël; & Græca in Er, & Es: vt, Crater, luter, soter, tapes, lebes: præter aër, & æther. Producitur quoque ver.

Virg. Geor. 1. *Vere novos, gelidus, &c.*

Idem Æneid. 1. *Crateras magnos statuunt, & vina coronant.*

Ovid. ep. *Viginti fulvos operoso ex ære lebetes.*

I, vel Y.

Corripiet pariter crescens I, Tertia primò
In numero, at Græcum patrium producet in Inis.
Et vibex, Nesis, Lis, Dis, quibus addito Samnis.

SCHOLION.

I, vel Y, incrementum singulare tertiæ declinationis, breve est: vt Stips, stipis: pollex, chlamys, chalybs.

Ovid. Fast. 4. *Dic, inquam, parva cur stipe quæret opes?*
Virg. Geor. 1. *India mittit ebur: molles sua thura Sabæi.*
At Chalybes nudi ferrum

EXCEPTIO.

Genitiuus Inis, vel Ynis, à nominibus Græcis, penultimam producunt: vt, Delphin, Phorcin, Salamis. Item Vibex, vibicis; Glis, gliris; Nesis, nesidis; Gryphs, gryphis; Samnis, itis; Lis, litis; Dis, ditis.

Virg. Eccl. 8. *Orpheus in sylvis, Inter Delphinas Arion.*

Idem Æneid. 8. *Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.*

Idem Æneid. 4. *Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.*

Ix, vel Yx.

IX, produc, breviato Histrix, cum fornice varix;
Coxendix, Phœnixq́, cilix natrixq́, calixque.
Phryx, & oryx, & onyx, nix, pixq́, salixq́, filixq́.

SCHOLION.

Nomina IX, vel YX, syllaba finita, penultimam genitivi habent longam; ut felix, bombyx, bombycis, perdix, coturnix, pernix.

Virgil: Æneid. 1. *Vivite felices, quibus est fortuna peracta iam sua.*

EXCEPTIO.

Excipitur Histrix, fornix, cilix, pix, natrix serpentis genus, nix, nivis, &c.

Lucan. 2. *Armenios, Cylicasque feros, Taurosq́ subegi.*

Idem 3. *Nunc pice, nunc liquidâ rapuêre incendia cerâ.*

O.

O, Crescunt numero producimus vsque priore.
O, parvum in Græcis brevia producito magnum:
Corripitur genitivus Oris, quem neutra dedêre
Nomina; sed produc Os oris: sit brevis arbos,
Et lepus, & pus compositum, bos, compos, & impos.
Adde his Cappadocen Allobrogen cum præcoce, scrobs, ops.

SCHOLION.

O, Incrementum singulare tertiæ declinationis Latinis nominibus longum est: vt Sol, vox, velox, celox.

Ovid. Met. 2. *Regia solis erat sublimibus alta columnis.*

EXCEPTIO I.

Græca in on, quæ in obliquis habent Omicron, corripiuntur: vt, Philæmon, Palæmon, Sidon, Agamemnon, Iason, Amazon, & multa alia, quæ vsu discenda sunt.

Virgil. Æneid. 11. *Pulsant, & pictis bellantur, Amazones armis.*

Latini interdum, N, literam amittunt: vt, Macedo, Mace-

Macedonis, Brito, Vaſco, Saxo, Pepo, Agamemno.

St: Theb. 11. *Conclamant Danai ſtimulatque Agamemno volentes.*

Quæ verò Omega ſcribuntur, longa ſunt: vt, Simon, ſpado, mango, Agon, Sidon, Solon, Lacon, Lycion, &c. Duo variantur Orion, & Ægon.

EXCEPTIO II.

Genitivus in Oris, à nominibus Græcis, & Latinis neutris, præter Os oris, penultimam habent brevem: vt, Neſtor, marmor, ebur, corpus: quibus adduntur memor, arbor, lepus; & ex *pous* vel *pus podos* compoſita: vt, Tripus. Item bos, compos, & impos.

Virg. in Epigr *Sic vos non vobis fertis aratra boves.*

Neutra comparativa ſequuntur maſculinorum quantitatem: vt, Majus, majoris; minus, minoris; penultima longa: vt, major, majoris, &c.

EXCEPTIO III.

Corripiuntur etiam Cappadox, Allobrox, præcox, & quæ conſonantem habent ante S: vt Scrobs, Æthiops, Cecrops, Dolops, præter Cyclops, Cecrops, Hydrops.

Mart: l. 9. *Cappadocum ſævis Antiſtius occidit oris.*

Æneid. 2. *Hic Dolopum manus, hic ſævus tenebat Achilles.*

Ov. Met. 1. *Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.*

V.

V, brevia incrementa feret ſed caſus in ntis,
Vdis, & vris ab us, recto producitur, & fur.
Lux, frux: ſed brevia intercusq́, pecusq́, Ligusq́.

SCHOLION.

V, Incrementum tertiæ Declinationis breve eſt; vt, murmur, furfur, turtur.

Virg. Geor. 4. *Magnanimosq́ duces, totiusq́ ordine gentis.*

EXCEPTIO.

Inter-

Interrogandi casus Vdis, Vris, & Vtis à nominibus in Vs, penultimam habent longam, vt palus, paludis; tellus, telluris; virtus virtutis; item fur, furis, cum cæteris obliquis. Itemq; Pollux, lux, & frugis, à nominatiuo frux inusitato. Corripiunt pecus, udis, intercus, utis; ligus, uris.

Virg: Ecl. 3. *Quid domini facient, audent quum talia fures?*
Tib. l. 2. Ecl. 1 *Luce sacra requiescat humus requiescat arator.*

DE INCREMENTO NOMINIS PLVRALIS.

CAPVT IV.

PEnultima genitiui, vel datiui pluralis numeri, dicitur incrementum plurale, cum vterque casus longior est nominatiuo eiusdem numeri: vt Musæ musarum: Ambo, amborum, ambobus: Qui, quorum, quibus: Res rerum, rebus.

A, E, I, O, V.

Pluralis casus, si crescit, protrahet A, E.
Atque O, corripies I, V, verum excipe bubus.

SCHOLION.

A, E, O, incrementa multitudinis longa sunt: vt Quarum, harum, ambabus, Rerum, rebus. Horum, Quorum.
Ou: de Pon. 4. *Cum tamen à turba rerum requieuerit harum*
Virg: Æn. 1. *At Capÿs & quorum melior sententia menti.*

I, & V, incrementa multitudinis corripiuntur: Quibus, tribus montibus, lacubus, verubus.

EXCEPTIO.

Bubus, seu bobus producitur.

DE

DE INCREMENTO VERBORVM.

CAPVT V.

Quid sit Incrementum.

1. SEcunda persona singularis modi Indicatiui, norma est, ad quam verborum incrementa diriguntu cui si verbum sit æquale, nullum erit incrementum: v amat, amant, quia dissyllaba sunt, sicut amas (quæ no ma & regula est incrementorum (nullum habent incre mentum. Sin verbum longiùs sit vna syllaba, vnum ha bebit incrementum: vt amamus, amatis, quorum p nultima incrementum est, nam vltima nunquam dicitu incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, du erunt incrementa: vt amabitis, amabimus: si tribus tria: vt amaueritis, amauerimus. si denique quatuo totidem erunt incrementa: vt audiebamini.

2. In verbis deponentibus fingenda est vox actiu ad quam verborum incrementa dirigantur.

3. Vltima syllaba, vt supra diximus, nunquam est in crementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosy laba: vt das, fles, damus, datis, dabam, dare, & cæte dissyllaba, vnum habent incrementum: eodem mod Flemus, fletis, flebam, flete, &c.

Præceptum I.

De Incrementis verborum per A. & E.

A, Crescens produc. Do incremento excipe Primo:
E, quoq; producunt verba increscentia verum
Corripiunt E, ante R, Ternæ duo tempora primæ
In reris, vel rere datur penultima longis.
Sit breuis E, quando Ram, Rim, Ro, adiuncta sequenti
Corripit interdum, steterunt, dederuntq; Pòeta.

SCHOLION.

A, in omni verborum incremento producitur; vt, Stabam, stares, properamus, docebamus, audiebamini, &c.
Virg. Æn. 3. *Trojaq́, nunc stares, Priamiq́, Arx alta maneres.*
Ovid. Met. 10. *Seriùs, aut citiùs, metam properamus ad unam.*

A, primum duntaxat incrementum verbi, Do, das, corripitur: ut, Damus, dabunt, dare: ob quam causam pronuntiamus; Circumdamus, circumdabunt, circumdare: Venundabo, venundare, & cætera penultimâ brevi.
Virg. Æneid. 2. *His lachrymis vitam damus, & miserescimus* (*vltro.*
Met. 1. *Iussit, & ambitæ circumdare littora terræ.*

E, in omnibus verborum incrementis producitur; Flebam, rebar, lacereris, docerem, legerunt.
Ovid. Fast. 1. *Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas.*
Viderat inceptos destituisse favos.
Æneid. 6. *Sic equidem ducebam animo, rebarq́, futurum.*
Mart. lib. 1. *Dedale Lucano cum sic lacereris ab vrso.*
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.

EXCEPTIO. I.

E, ante R, breue est in primo incremento præsentis & imperfecti tertiæ coniugationis: vt Cognoscerem, legerem, legeremus, legereris, vel legerere.
Reris tamen, vel Rere, producitur: vt loquereris, prosequereris.
Virg: Ecl. 4. *Incipe parue puer risu cognoscere matrem.*
Ouid: Trist. 1. *Tantanè te, fallax, cepere obliuia nostri.*
Afflictumq́, fuit tantum adire timor.
Vt neque respiceres, nec solarere iacentem
Dure, nec exequias prosequerere meas?
Mart. 3. *Illud laurigeros ageres cum læta triumphos,*
Hoc tibi Roma, caput, cum loquereris erat.

EXCE-

EXCEPTIO II.

E, ante Ram, Rim, Ro, corripitur: vt Amaueram, amauerim, amauero, Feceram, fecerim, fecero.

De cæteris personis idem esto Iudicium, Amaueris, amaueris: amauerimus, fecerimus, feceritis.

Ouid: Met. 3. *Fecerat exiguas iam sol altissimus vmbras.*

EXCEPTIO III.

Beris & bere, semper corripitur: vt, celebraberis, vel celebrabere: mordeberis, vel mordebere.

Virg: Æn. 8. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.*
Ouid: Trist. 1. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*

APPENDIX.

Poëtæ præterito Indicatiui E, literam ante runt, syllabam pro suo iure interdum corripiunt.

Virg: Æn. 3. *Obstupui steteruntq́; comæ & vox faucibus hæsit.*
Mart: Ep. 1. *Dij tibi diuitias dederunt, artemq́; fruendi.*
Silius 8. *Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.*

Ne tamen putent noui Poëtæ idem passim sibi licere. Id enim claris, illustribusq; tantum concessum est.

De incrementis verborum per I, O, & V.

Præceptum II.

Corripit I, crescens verbum producitur Iui.
Præteritum, sed imus breuiatur, deme velimus.
Nolimus, simus, quoq́; hinc composita dabuntur.
Ri coniunctiui possunt variare Poëtæ.
O, incrementum produc: V, corripe semper.

SCHOLION.

I in quouis verborum incremento corripitur: vt, linquimus, amabimus, audiebamini.

Virg: Æn. 3. *Linquimus Ortigiæ portus pelagoq́; volamus.*

EXCEPTIO.

Penultima præteriti in Iui, longa est; vt Petivi: Et primum

primum incrementum quartæ conjugationis; vt ibam, ibo, ito, subimus, venimus, reperimus, præsentis temporis.

Æneid. 2. *Cessi, & sublato montem genitore petivi.*

Æneid. 6. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

Æneid. 3. *Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.*

Hæc etiam I, longum habent, Nolito, nolite, nolimus, nolitis, velimus, velitis; simus, & quæ ex ipsis componuntur: vt possimus, &c.

Ov. Met. 1. *Et documenta damus quâ simus origine nati.*

Pont. 4. *Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde requirat.*

APPENDIX.

Imus in præterito penultimam corripit: vt venimus, reperimus, comperimus.

Æneid. 1. *Nos nos aut Lybicos ferro populare penates.*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

APPENDIX II.

Tempora Cojunctivi modi syllabis Rimus, Ritis, finita, habeantnè penultimam brevem, an longam Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est; non solùm recentiores, sed etiam veteres. Diomedes enim docet præteritum breve esse: futurum verò longum. Probus vtrumque longum esse affirmat. Quare quum versus facies; Poëtas optimos imitaberis; qui Ri, syllabam modò corripiunt, modò producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit; ne sermonem des auditoribus, consvetudini regionis servies.

O.

O, in verborum incrementis semper producitur: vt, citote.

Ovid. Met. 9. *Cumq; loqui poterit matrem facitote salutet.*

V.

V, in verborum incrementis vbique corripitur: vt, umus, Possumus Volumus.

Horat.

Hor Ep. 1. *Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.*
Ibidem. *Si Patriæ volumus, si nobis vivere cari.*

DE VLTIMIS SYLLABIS CAPVT VI.

SYllabæ, quæ ultimum locum tenent, partim positione; ut, Prudens, præcox partim diphtongo, Musæ partim privatis præceptionibus cognoscuntur: de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A, finita dato longis: ita, postea deme.
Eia, quia, & casus omnes: sed protrahe sextum.
Productis Græcos casus adiunge vocandi.

SCHOLION.

A, finita, longa sunt; vt, memora, contra, ultra, ante triginta, quadraginta.

Virg. Æn. 1. *Musa, mihi causas memora, quo numine læso.*
Idem lib. 3. *Triginta capitum fœtus enixa iacebit.*

EXCEPTIO.

Corripe, Eia, ita, postea, quia.

Item casus omnes in A; vt Anchora, vela: præter ablatiuum; vt, prora: & vocativos Græcos; vt Ænea, Atla, Calcha, Palla.

Æneid. 11. *Non ita me experti Bitias, & Pindarus ingens.*
Ibidem 3. *Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.*
Idem ibid. *Quid miserum, Ænea, laceras? iam parce sepul*

E, in fine.

Corripe E, sed primæ, quintæq; vocabula produc:
Atque fame, cete, tempe, fermeq; fereque.
Adde doce, similemq; modum, & monosyllaba præter
Encliticas, ac syllabicas, nec non Malè dempto,
Ac Benè, produces Adverbia cuncta secundæ.

SCH

SCHOLION.

E, litera finita, corripiuntur: vt Nate, fuge, pone, pene, nempe.

Virg. Æn. 2. *Heu fuge: nate Dea, teq; his, ait, eripe flammis.*

Eccl. 9. *Pene simul tecum solatia rapta Menalca.*

EXCEPTIO I.

Producuntur omnia primæ, & quintæ declinationis: vt, Anchisiades, ô Anchisiade, Calliope, re, die, & quæ inde oriuntur: vt, Quare, hodie: quibus adde fame, cete, tempe, ferme, fere, ohe.

Virg Æneid 6 *Tros Anchisiade, facilis descensus averni.*

Mart. l. 6. *Non venias quare tam longo tempore Romam.*

Virg. Æn. 6. *Obijcit, ille fame rabida trita guttura pandens.*

Idem Sat. 13. *Mobilis, & varia est fermè natura malorum.*

EXCEPTIO II.

Item verba Imperativi modi, numeri singularis, secundæ declinationis: vt, Vide, habe. Cave tamen sæpè corripitur.

Horat. ep. 1. *Vale, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas.*

Ovid. Met. *Nate, cave, dum resq; sinit, tua corrige vota.*

Trist. 1. *Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis.*

Sunt etiam longa monosyllaba: vt, Me, te, se. Exceptis coniunctionibus encliticis, Que, ne, ve; & syllabicis adiectionibus; pte, ce, te: vt suapte, hisce, tute.

Virg. Æneid. 1. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*

Hom. Se. Sat. 4 *Hinc omnis pendet Lucillius hosce sequuntur.*

EXCEPTIO III.

Longa sunt præterea Adverbia, à nominibus secundæ declinationis profecta: vt, Placidè, valdè, minimè, summè, præter benè, & malè.

Mart. lib. 9. *Excipe sollicitos placidè, mea dona libellos.*

Idem lib. 10. *Nil benè cùm facias, facis attamen omnia belle.*

Hor. in Ar. *Et malè tornatos incudi reddere versus.*

APPENDIX.

Adiectiva tertiæ declinationis, cùm in Adverbia transeunt, vltimam habent brevem: vt, Sublimè, suauè, dulce. Itemque facilè, difficilè, &c.

Virg. Eccl. 9. *Cantantes sublimè ferent ad sidera Cygni.*

Eccl. 4. *Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti. Murice.*

I, in fine.

I, produc: brevia nisi cum quasi, Græcaq; cuncta.
Iure mihi variare, tibiq; sibiq; solemus.
Corripies ibi, vbi melius, dissyllabon; & cui.

SCHOLION.

I, Vocali terminata, longa sunt: vt, classi, fieri.

Virg. Æneid. 6. *Sic fatur lachrymans classiq; immittit habenas.*

Mart. lib. 8. *Quam vellem fieri meus libellus.*

EXCEPTIO I.

Corripe Nisi, quasi, & Græca, quæ in I, vel Y, exeunt: vt, Palladi, Daphni, moly.

Ovid. de Pont. 4. *Quid nisi Pierides, solatia frigida restant.*

Virgil. Eccl. 9. *Insere Daphni Pyros, carpent tua poma nepotes.*

Stat. Achil. 1. *Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorem.*

EXCEPTIO. II.

Mihi, tibi, sibi, vltimam habent communem.

Ibi, vbi, cui, cùm dissyllabum est, frequentiùs corripiuntur.

Virg: Æneid. 1. *Post mihi non simili pœna comissa luetis.*
Ecl: 20. *Extremum hunc Aretusa, mihi concede laborem.*
Mart. lib. 3. *Sed norunt, cui seruiant leonee.*

O in fine.

O, datur ambiguis, Græca & monosyllaba longis.
Ergo pro causa, ternus sextusq́ secundæ.
Atq́ adeò, atq́ ideò, atq́ aduerbia nomine nata.
Sed cito corripies, modoq́ & scio, nescit, & immò.
Et duo fit varium sero, & coniunctio verò.

S C H O L I O N.

O, finita, ambigua sunt: vt ambo, quando, octo, vigilando, nolo, eo, queo.

Mart: lib. 5. *Nolo mihi ponas rhombum, multumq́ bilibrem.*

Nolo boletos, ostrea nolo tace.

E X C E P T I O. I.

Excipe monosyllaba, vt, O, do, sto: Datiuos, & Ablatiuos; vt somno, tuo.

Item Grræca, quæ habent Omega, vt Androgeo Atho, Clio, Alecto, & cætera eiusdem generis quibus accidit ergo pro causa.

Æneid: 2. *O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm.*
Ibidem: *Inuadunt vrbem somno, vinoq́ sepultam.*
Ibid: 7. *Alecto toruam faciem, & furialia membra.*

E X C E P T I O II.

Item Adverbia à nominibus orta; vt, subitò, meritò, multò: quibus adduntur adeò, ideò.

Hinc rursus excipiuntur, modò: quomodò, dumodò, postmodò, citò, immò: quibus accedunt scio, nescio, duo.

Adverbium serò, & Conjunctio verò, vltimam habent communem.

Mart: lib. 5. *Mentiris iuuenem tinctis Latine capillis.*
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.
Idem lib. 6. *Non habet ergo aliud? non habet immo suum.*
Idem lib. 5. *Alcidæ cito dij, sed tibi sero dabunt.*
Val: Flac. lib. 5. *Sin vero preces, & dicta superbus.*

V, B. D. T, in fine.

V, semper produc, B, D, T, corripe semper.

SCHOLION.

V finita longa sunt: manu, cornu, Panthu.
, Æneid. 2. *Tella manu miseri iactabant irrita Teucri.*
Met. 12. *Nec mora curauit cornu, neruoq; sagittam impulit.*
Æneid. 2. *Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?* B, D, T, literis terminata corripiuntur: vt, Ab, Quid, Adijt.
Virg: Æneid. 8. *Tum pater Æneas, puppi sic fatur ab alta.*
Idem 2. *Quidquid id est timeo, Danaos, & dona ferentes.*
Idem 7. *Audijt & triuiæ longè lacus, audijt omnis.*

C, L, M, in fine.

C, longum est variarum: hic, pronomen: corripe donec.
Et nec fac pariter malunt breuiare Poëtæ.
Corripe L, ac produc sal, sol, nil, multaq; Hebræa.
M, vorat Ecclipsis: prisci breuiare solebant.

SCHOLION.

C. litera finita, longa sunt: vt sic, Hoc, Hic, Aduerbium.
Æneid. 3. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*
Idem 2. *Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

EXCEPTIO I.

Corripe nec, & donec, hic pronomen est anceps, Fac tutiùs corripitur.
Ou: Trist. 1. *Parue nec inuideo, sine me liber ibis in vrbem.*
Virg. Æn. 6. *Hic vir hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis.*

Idem

Idem 9. *Est hic est animus lucis: contemptor, & istum.*
Ou: 5. Met. *Hos fac Armenius? hæc est Danaeia Persis.*
Mart: lib. 5. *Signa rariùs, aut semel fac illud.*

L, finita breuia sunt, vt, Asdrubal, semel, vigil, simul, Consul.

Stat: lib. 7. *Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis:*
Hor: Ep. 1. *Quo semel imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.*

EXCEPTIO II.

Sal, nil, sol, longa sunt. Item pleraq; peregrina; vt Nabal, Daniel, Saul.

Stat. Sil. 4. *Non sal, oxyporumuè caseusuè.*
Mart: lib. 10. *Nil aliud video, quo te credamus amicum.*
Ouid: Met. 2. *Vlterius spatium medio Sol altus habebat.*

M, finita, priscis temporibus corripiebantur, neque à sequente vocali, vt iam fit, excipiebantur: quod enim nunc in compositis verbis cernitur.

Ennius Ann. 10. *Insignita ferè tum millia militum octo.*
Iuuen. Sat. 9. *Quo te circumagat? quæ prima aut vltima ponas?*

N, in fine.

N, longum est Græcis pariter, pariterq; Latinis.
En, breuia, quod format in us breue: Græca secundæ.
Forsitan, in forsan, tamen, at, viden? adijce curtis.

SCHOLION.

N, litera finita longa sunt: vt, Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon, & cætera tertiæ declinationis quæ in On, exeunt.

Virg: Æneid. 1. *Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrum.*
Lucan. 1. *Vnde venit Titan, & nox vbi sidera condit.*
Ouid: Met. 3. *Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrũ.*

2. Item Accusatiuus Græcus nominum in As, Es, E, vt,

vt, *Ænean* Anchiſen, Calliopen.

3. Græcus itidem genitiuus multitudinis, cuiuſuis declinationis: vt, Cimerion, Epigrammaton.

Æneid: 11. *Et ſæuum Ænean agnoſcit Turnus in armis.*

Æneid: 3. *Amitto Anchiſen: hic me Pater optimè feſſum Deſeris.*

Tibul, lib 4. *Cimerion etiam obſcuras acceſſit ad oras.*

EXCEPTIO I.

1. Corripe, An, in, forſan, forſitan. tamen attamen, viden.

2. Item En, ſyllaba finita, quæ faciunt genitiuo Inis: vt nomen, lumen, flumen.

Æneid: 1. *Forſitan & Priami fuerint, quæ fata requiras.*

Sta: The: 3. *Ipſa dedi viden? vt iugulo conſumpſerit enſem*

Ouid: Faſt: 2. *Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes.*

EXCEPTIO. II.

Corripiuntur etiam Græca in On, quæ ad ſecundam noſtram declinationẽ ſpectant; vt, Pelion, Ilion, Erotion.

Ouid: in Ep. *Ilion, & Tenedos Simoiſq; & Xantus & Ida:*

Mart:: lib. 5. *Pallida nec nigras horreſcat Erotion vmbras.*

Omnes denique accuſandi caſus, qui à nominibus vltimam breuem habentibus proficiſcuntur; vt ſcorpion, Thetyn, Iryn, Maian, Æginan.

Lucan 1. *Scorpion cauda, belaſq; peruris.*

Ou: Met. 7. *Tantaq; nox animi eſt, Iryn huc accerſite dixit.*

Sta: Theb. 7. *Namq; ferunt raptam patrijs Æginan ab vndis.*

R, in fine.

R, breue: ſed longum eſt fur, par cum pignore, Lar, Nar.
Cur, far, cum Græcis, quibus genitiuus in ERIS.
Addito Iber, ſed cor meliùs breue: Celtiber anceps.

SCHOLION.

R, litera terminata corripiuntur: vt Amilcar, ſemper

per, semivir, precor, Hector, turtur.
Silius lib 2. *At senior Siculis exultat Amilcar in armis.*
Æneid. 1. *Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*
Luc. l. 8. *Inseruisse manus impure, ac semivir audes.*
Virg Ecl. 1. *Nec gemere aërea cessabit turtur ab vlmo.*

Exceptio.

Producito Cur, Far, Fur, Iber, Lar, Nar, Ver, Par, cum compositis: vt, Compar, dispar, & impar; & Græca, quæ faciunt genitivo Eris, vt Aër, æther, crater.
Hor. in Ar. *Cur ego si nequeo, ignoroq; Poëta salutor?*
Luc. l. 6. *Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset Cantaber.*
Hor. 2. Ser. Sa. 3. *Ludere per impar, equitare in arundine longa.*
Æneid. 6. *Largior hic campos æther, & lumine vestit.*

Appendix.

Cor melius corripitur; Celtiber anceps est.
Ovid. Trist. 5. *Molle cor ad timidas sic habet ille manus.*
Mart. 10. *Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.*

As, & Es, in fine.

As, produc, quartum Græcorum Tertia casum.
Corripit; & rectum, si in adis breve patrius exit:
Es quoq; produces; breviat sed tertia rectum,
Quum patrij brevis est crescens penultima: pes hinc
Excipitur, paries, aries, abiesq; Ceresque
Corripies at, es, de, sum, & penes, & pluralia Græca.

Scholion.

As syllaba finita, longa sunt: vt, Æneas, Pallas, Pallantis, fas, nefas.
Virg Æneid. 10. *Æneas ignarus abest, ignarus & absit.*
Ibidem. *Tela manusq; sinit, hinc Pallas instat, & vrget.*
Virg. Geor. 3. *Fas, & iura sinunt.*

Exceptio.

1. Corripe Græca, quorum Genitiuus exit in adis

vt, Arcas, Arcadis; Pallas, Palladis.

2. Item accusativos tertiæ declinationis Græcorum, vt, Troas, Delphinas, Heroas.

Ovid. Met. 6. *Pallas anum simulat.*
Mart. lib. 9. *Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.*
Virg. Eccl. 4. *Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.*

Es, syllaba terminata, longa sunt; vt, Anchises, locuples, quoties, octies, decies, tricies.

Æneid. 6. *Anchises alacris, palmas vtrasque tetendit.*
Mart. l. 11. *Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus.*
Idem l. 10. *Dicere te lassum quoties ego credo: Quirine!*
Idem lib. 8. *Vno nasceris octies in anno.*

EXCEPTIO I.

Corripe nomina tertiæ declinationis, quæ crescunt in obliquis, penultima brevi; vt, Dives, eques, hospes, miles, pedes, itis, &c.

Æneid. 2. *Insula dives opum, Priami dum regna manebant.*
Idem ibid. *Obvius armato, ceu quum pedes iret in hostem.*

2. Præter Abies, Aries, Ceres, Paries, Pes, cum compositis: vt, Cornipes, sonipes.

Virg. Eccl. 9. *Populus in fluvijs, abies in montibus altis.*
Lucan. lib. 8. *Non artes illis, vlla est machina belli.*
Virg. Æneid. 1. *Flava Ceres alto ne quicquam spectat olympo.*
Ovid. Met. 6. *Nec pes ire potest, intra quoq; viscera saxum est.*
Æneid. 4. *Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.*

EXCEPTIO II.

Es, à verbo sum, breve est, & ex eo composita: vt, potes, ades; item penes: Græca neutra in es: vt, Cacoëtes. Præterea nominandi, vocandiq; casus Græcorum: vt, Arcades, Troës, Dæmones, Rhetores, Amazones.

Virg. Æn. 2. *Quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios.*
Mart. l. 6. *Tu potes & Patriæ miles, & esse decus.*
Hor. in Ar. *Quem penes arbitriũ est, & vis, & norma loquendi.*

Virg.

Virg. Eccl. 7. *Amabo florentes ætatibus, Arcades ambo.*
Æneid. l. 1. *Egressi optata potiuntur Troës arenâ.*
Iuven. Sat. 1. --- *tenet insanabile multos.*
Scribendi Cacöetes, & ægro corde senescit.

Is, vel Ys, in fine.

Corripe Is, & Ys, plurales excipe casus.
Glis, sis, vis, verbum, ac nomen, nolisque, velisque.
Audis cum socijs, quorum & Genitivus in INIS
Entisvè, aut ITIS longum, producito semper.

SCHOLION.

IS, vel Ys finita corripiuntur: vt, Apis, inquis, aïs, Thetys, Typhis, Itys.
Ovid. Met 13. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*
Stat: Ach 1. *Iam dudum tacito lustrat Thetys omnia visu.*
Eclog. 4 *Alter eris tum Typhis, & altera, quæ vehat Argo.*

EXCEPTIO I.

1. Excipe casus omnes multitudinis: vt, Viris, armis, musis nobis, vobis. Quêis pro quibus, omnêis, vrbêis.

2. Item glis, vis, nomen est verbum, velis, sis, cum compositis: & quamvis, vilis, adsis.

3. Et secundas personas numeri singularis, modi Indicativi, quartæ coniugationis: vt audis, nescis, sentis.
Æneid. 1. *Præsentemq́; viris intentant omnia mortem.*
Ibidem. *Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis.*
Ibidem. *Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*
Mart. l. 9. *Iam satis est, non vis Afer, averte, vale.*
Ibidem. l. 1. *Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ.*

EXCEPTIO II.

Longa præterea sunt quorum genitivus exit in Inis, Entis, Itis, penultima longa: vt, Salamis, Simois, Samnis, lis.
Ovid. in Epist. *Hâc ibat Simois, hic est Sigeia tellus.*

Hor. in ar. *Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.*

Os, in fine.

Vult Os produci: compos breviatur, & impos,
Osq́; ossis, Græcorum & neutra, & cuncta secundæ
Addicta Ausonidum. Græcus genitiuus & omnis.

SCHOLION.

OS, finita longa sunt: vt, Os, oris, Erectos, Tros Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cætera quæ per Omega scribuntur

Ovid: Met: 1. *Os homini sublime dedit, -- iussit & erectos ad*
Æneid. 6. *Tros Anchisiades, facilis descensus Averni.*
Æneid. 2. *Androgeos offert nobis, socia agmina credens.*

EXCEPTIO.

1. Corripe Os ossis: compos & impos: & Græca neutra, vt Chaos, Melos, Argos

Lucan. l. 3. *Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.*
Ovid. --- *Voti postmodo compos eris.*
Virg. Æn. 6. *Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè.*

2. Item Os finita, quæ ad secundam Latinam declinationem transeunt: vt, Tyros, Arctos, Ilios.

Lucan: lib. 3. *Et Tyros instabilis, prætiosaq́; murice Sidon.*
Mart. lib. 9. *Nescia nec nostri nominis Arctos erat.*

3. Omnes denique interrogandi casus, à quibuscunque rectis proficiscantur: vt, Arcados, Pallados, Typhoëos, Thethyos, Tereos.

Ovid. Met. 1. *Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni.*
Ovid. Fast. 4. *Alta iacet vasti super ora Typhoëos Ætna.*
Lucan. 1. *Thethyos vnda vagæ lunaribus æstuet horis.*

Vs, in fine.

Vs breve ponatur; produc monosyllaba quæque,
Excepto recto, & quinto, & quibus exit in Vntis
Patrius, & conflata à pus, contraq́; Græca.

In recto ac patrio, & venerandum Nomen IESVS.

SCHOLION.

Vs syllaba terminata, breuia sunt: vt, Littus, intus, sensibus: nominandi, vocandique casus singulares quartæ declinationis: vt, domus manus.

Æneid: 3. *Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.*

Æneid: 2. *Hic Dolopum manus, hic sæuus tenebat Achilles.*

EXCEPTIO I.

1. Excipe monosyllaba; vt plus, rus, thus.

Lucan. 1. *Plus illa vobis acie, quàm creditis, actum est.*

2. Et quæ crescunt in obliquis penultima longa; vt, Salus, tellus, palus. Et nomina quartæ declinationis, præter casus ante dictos: vt auditus, vultus.

Ouid: Met. 1. *Mox etiam fruges tellus inarata serebat.*

Ouid: Met. 11. *Iuncta palus huic est densis obsessa salictis.*

Mart: lib. 8 *Hos aditus vrbem Martis habere decet.*

3. Palus tamen ab Horatio in arte Poët: semel corripitur.

Regis opus, sterilisq; diu, palus, aptaq; remis.

EXCEPTIO II.

Denique Græca nomina, quorum Genitiuus exit in vntis, vt, Opus, Amanthus & quæ ex *Pous podos* componuntur: vt, Tripus, Melampus, quæque ex Oos contrahuntur: Panthus ex Panthoos. Item genitiuus in Vs, à Fœmininis O: Manto, Mantus, Clio, Clius, &c. quæ item ex Oos contrahuntur.

Æn: 10. *Est Amatus, est celsa mihi Paphus, atque Cythera.*

Æn: 2. *Panthus, Otriades arcis, Phœbiq; Sacerdos.*

Æn. 10. *Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis.*

APPENDIX.

1. Huc etiam IESVS, sacrosanctum Domini, ac Liberatoris nostri nomen spectat.

2. Vs

2. Vs finita contracta, ab Os syllaba producta, corripiuntur; vt, Pamphagus, Orybasus, Polypus: quorum vltimum Aêoles per Os scribunt, Quare à Latinis per Vs, effertur, vltima breui. (omni

Ou: Met. 3. *Pamphagus, & Dorceus, & Orybasus Arcad*

Hor: in Ep. *Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in al*

DE SYLLABA COMMVN

CAPVT VII.

COmmunis syllaba, vt supra diximus, est, quæ mod breuis; modo longa apud Poëtas reperitur.

Præceptum I. de Syllaba communi.

Et diphtongus & vocalis longa communes fiunt quum vocalem diuersæ dictionis præcedunt.

Breues.

Æn: 3. *Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno.*

Æn: 5. *Victor apud rapidum Simeonta sub Ilio alto.*

Eccl. 7. *Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.*

Propert: lib. 2. *Tu quoq; ô Eurition vino centaure peris*

Longæ.

Virg: Geor. 1. *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.*

Id: Ecl. 6. *Stant & Iuniperi, & Castaneæ hirsutæ.*

Id: Æneid. 4. *Lamentis gemituq; & fæmineo vlulatu.*

Id: Ecl. 3. *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

Breues, & longæ in eodem versu.

Geor. 1. *Glauco & Panopeæ, & Innoo Melicertæ.*

Idem Ibid. *Ter sunt conati imponere Pellio Ossam.*

Præceptum II.

Monosyllaba breuia, interdum à Poëtis more Græcorum producuntur.

Æneid: 3. *Liminaq; laurusq; Dei totusq; moueri.*

Iuuen: Sat. 7. *Et animā, & mentē, cum qua dij nocte loquuntur.*

Præce-

Præceptum III.

Syllaba breuis post quatuor primos pedes maximè secundum & tertium relicta, nonnunquam a Poëtis producitur: quàm Grammatici Cesuram vocant.

Syllaba breuis Post primum pedem producta.

Æneid: 4. *Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*
Æneid: 11. *Oratis? equidem & viuis concedere vellem.*
Iuu: Sat. 6 *Quis nescit? aut quis non vidit vulnera Pali?*
Mart. lib. 6. *Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.*

Post Secundum.

Æn 2. *Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes.*
Idem 5. *Emicat Eurialus, & munere victor amici,*
Idem 7. *Nam tibi Tymbre, caput Euandrius abstulit ensis:*
Mart. lib. 14. *Det tunicam: diues ego te precingere possum.*

Post tertium.

Æn. 5. *Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.*
Æn. 12. *Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto.*
Ibid 12. *Congredior fer sacra Pater, & concipe fædus.*
Sta: Ach. 2. *Ne qua det indignos Thetydi captiua nepotes.*

Post Quartum.

Æn. 10. *Grauis homo infectos liquens profugus hymenæos.*
Virg. Ecl. 6. *Ille latus niueum molli fultus hyacintho.*
Geor. 2. *Muneribus tibi Pampineo grauidus autumno.*

ADMONITIO.

His tribus præceptionibus. non in suis componendis, sed metiendis veterum Poëtarum carminibus, vtentur tyrones.

Præceptum IV.

Vocalis breuis ante mutam, & liquidam, eiusdem dictionis, vt supra dictum est, communis est in carmine; quamuis in soluta oratione semper corripiatur, vt Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.

Æn: 1.

Æneid: 4. *Quum tacet omnis ager; pecudes pictæq; volucres*
Æneid: 7. *Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo.*

APPENDIX.

Syllaba natura longa nunquam corripitur, etiamsi muta cum liquida sequatur: vt Aratrum, volutabrum, inuolucrum, salubris, & reliqua generis eiusdem.

Virg: Æn. 1. *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.*
Ibidem. *Nate patris summi qui tela Typhöéa temnis.*

Sextus enim pes Spondeus est, qui ex duabus longis constat. Aut contra longa pro breui.

Mart: lib. 6. *Nobis non licet esse tam disertis;*
Qui musas colimus seueriores.

Vltimus namque pes Choreus est qui ex longa constat & breui.

DE NECESSITATÆ METRICA

CAPVT VIII.

LEx necessitasque metri cogit Poëtas, breues aliquando producere: velut cum sunt tres breues continuæ in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia aliisque id genus vsu venit.

Æneid: 3. *Ibitis Italiam, portusq; intrare licebit.*
Æneid: 6. *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto*
Proper. lib. 2. *Et domus intactæ te tremit Arabiæ*

Aut contra longas corripere; vt cum breuis inter duas longas est.

Iuuen: Sat. 1. *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem, Stoicidæ.*

Stoicidæ, dixit penultima breui, necessitate metri coactus: neque enim hexametrum carmen Creticum recipit, qui ex longa breui, & longa constat.

De licentia Poëtica.

POëtæ, quibus ſemper poteſtas fuit, vt ait Horatius, quilibet audendi, nulla coacti neceſſitate ſyllabis interdum, pro ſuo jure, abutuntur. Tulerunt enim Dederunt, & nonnulla alia eiuſdem generis, penultima correpta efferunt.

Virg. Eccl. 3. *Matris longa decem tulerunt faſtidia menſes.*
Hor. Ep. 1. *Dij tibi divitias dederunt artemq; fruendi.*

DE PEDIBVS.

CAPVT IX.

QVoniam de ſyllabis tum brevibus, tum longis, tum communibus dictum eſt: ſupereſt, vt & de pedibus, qui ex ipſis ſyllabis, & de verſu, qui ex pedibus conſtat, breviter dicamus.

Quid ſit pes.

Pes eſt pars verſus, certo ſyllabarum numero, atque ordine definita.

Pedes duarum ſyllabarum.

Spondeus conſtat ex duabus ſyllabis longis: vt, *Poſſunt omnes.* - -

Pyrrhichius ex duabus brevibus: vt, *Furor, ruit.* ◡ ◡

Choreus, ſeu vt alij vocant Trocheus, ex longa & brevi: vt, *Arma, vincor.* - ◡

Iambus ex brevi & longa: vt, *Viros, rogas* ◡ -

Præcipui pedes trium ſyllabarum.

Moloſſus ex tribus longis: vt, *Æneas, contendunt.* - - -

Trochæus ſive Tribrachys, ex tribus brevibus: vt, *Facere, tumidus.* ◡ ◡ ◡

Dactylus ex longa, & duabus brevibus: vt, *Corpora, traximus* - ◡ ◡

Anapæſtus ex duabus brevibus, & longa: vt, *Amicos, capiunt.* ◡ ◡ -

SCHO-

SCHOLIOON.

Cæteri pedes ex his compositi sunt, & Oratorum, magis proprij quàm Poëtarum. Quoniam tamen ab authore sunt positi; visum est in hac editione reponere. Porrò prudens magister viderit; an sint initio tyronibus proponendi.

Minus præcipui pedes trium syllabarum.

Bacchius ex brevi, & duabus longis: vt, *Dolores*, *parabant*. υ - -

Antibacchius ex duabus longis, & brevi: vt, *Audisse*, *maturus*. - - υ

Creticus, seu Amphimacer ex longa, brevi, & longa: vt, *Maximos*, *audiunt*. - υ -

Amphybrachys, sive Scolius, ex brevi & longa, & brevi: vt, *Cadebat*, *pòëma*. υ - υ

Pedes quatuor syllabarum ex superioribus compositi.

Dispondeus constat ex duobus spondeis: vt, *Oratores*. - - - -

Proceleusmatic⁹ ex duob: Pyrrichijs: vt, *Abiete*. υ υ υ υ

Dichoreus ex duobus choreis: vt, *Dimicare*. - υ - υ

Diambus ex duobus jambis: vt, *Propinquitas*. υ - υ -

Choriambus ex choreo & jambo: vt, *Nobilitas*. - υ υ -

Anapæstus, vel Antipastus, ex jambo, & choreo: vt, *Recusare*. υ - υ

Ionicus à maiore, è Spondeo, & Pyrrichio: vt, *Calcaribus*, *cantabimus*. - - υ υ

Ionicus à minore ex Pyrrichio, & Spondeo: vt, *Diomedes*, *Lacedæmon*. υ υ - -

Pœon.

Pœones quatuor sunt: omnes ex tribus brevibus, & vna longa constant: hac lege, vt primus primam habeat longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pœon

Pœon I. ex Choreo, & Pyrrichio: *vt, Aſpicite temporibus.* - ᴗ ᴗ ᴗ

Pœon II. ex Iambo, & Pyrrhichio: *vt, Potentia docebimus.* ᴗ - ᴗ ᴗ

Pœon III. ex Pyrrhichio, & Choreo: *vt, Animatus, moriatur.* ᴗ ᴗ - ᴗ

Pœon IV. ex Pyrrhichio, & Iambo: *vt, calamitas, obierunt.* ᴗ ᴗ ᴗ -

SCHOLION.

M. Tullius, & alij nonnulli, duos tantum Pœonas videntur agnoſcere; quorum prior primam habet longam poſterior vltimam.

Epitriti, Hippij totidem ſunt, ſed pœonibus contrarij

Epitritus I. Ex Iambo, & Spondeo: *vt, Repentino, repugnarunt.* - ᴗ --

Epitritus II. Ex Choreo, & Spondeo: *vt, Conditores, comprobarunt.* - ᴗ --

Epitritus III. E Spondeo, & Iambo: *vt, Diſcordiæ clamaueras.* -- ᴗ -

Epitritus IV. E Spondeo, & Choreo: *vt, Fortunatus, pugnabamus.*

Pedes quinque ſyllabarum.

Quinque ſyllabarum pedes inuſitati ſunt, præter Dochimum, oratoriæ compoſitioni maximè appoſitum. Conſtat ex Iambo, & Cretico: *vt, Reipublicæ perhorreſcerent.* ᴗ -- ᴗ

DE VERSV.

CAPVT X.

VErſus eſt oratio, certo genere, numero atq; ordine pedum alligata.

Carmen Hexametrum, ſiue Heroicum.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus Dactylus est, sextus Spondeus, reliqui Dactyli, vel Spondei.

Æneid: 2. *Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.*

APPENDIX.

Quintus pes nonnunquam Spondeus est: vnde versus Spondaicus appellatur; quo vel rei alicuius grauitas, & amplitudo, vel ingens mœror animiq; vel aliud declaratur.

Virg. Ecl. 4. *Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.*

Idem 2. *Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circumspexit.*

Pentametrum carmen.

Pentametrum carmen, quod fere Hexametrum comitatur, quinq; pedes habet: quorum duo primi Dactyli, vel Spondei pro cuiusq; arbitrio sunt, adiuncta syllaba longa, quæ cæsura: vel semipes dicitur: cæteri duo perpetuô sunt Dactyli, quibus semipes itidem adiungitur, vt ex vtroq; semipede quintus pes fiat: vel tertio loco est Spondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat; deinde duo Anapesti.

Ouid: de Pont. 3. *Et subito casu quæ valuêre ruunt.*

APPENDIX.

Posterior ratio metiendi Pentametrum Quintiliano probatur. lib. 9. cap. 4. & quidem, inquit, optimè ei sibi iunctus Anapestus; vt qui sit Pentametri finis. Ibidem: Est quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus: ita vt in Pentametri medio Spondeo: qui ni alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit.

Senarius Iambicus, siue Trimeter, Iambicus Acatalectus.

Senarius Iambicus quum purus est, & integer, omnibus in locis Iambos habet.

Catul: *Phasellus ille, quem videtis hospites;*
Ait fuisse nauium celerimus.

Horat: Epod. 2. *Beatus ille qui procul negotijs.*

Omnes sex pedes Iambi sunt: totidem enim pedes Senarius admittit, vnde & nomen inuenit: verùm tardior paulò, grauiorq; veniret ad aures, vt Horatius ait, primo, tertio, & quinto, loco Spondeum, Dactylum, & Anapestum recipit. Omnibus etiam locis, præterquam sexto; trybrachim potest recipere.

Horat: Epist. 1. *Pauidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem.*

Dimetrum, Iambicum, Acatalectum.

Dimetrum, Iambicum, quatuor recipit pedes: secundo & quarto locō Iambos, primo & tertio Iambum, Spondeum, Dactylum, Anapestum, potest etiam in omnibus; præter quartum, Trybrachim admittere.

Horat: Epod. 1. *Vt prisca gens mortalium.*

Idem. *Videre properantes domum.*

Scazon, siue Choriambus.

Scazon semper quinto loco habet Iambum; sexto verò Spondeum: cæteris omnibus cum Senario Iambico consueuit.

Mart: lib. 5. *Extemporalis factus est meus Rhetor:*
Calphurnium non scripsit, & salutauit.

SCHOLION.

Cur dimetra seu trimetra, quæq; Catelacta, Acatalecta, Hypercatalecta, Brachicatalecta dicantur, deq; Senarijs Tragicis, & Comicis vide Commentarios.

Anapesticum, Dimetrum, Acatalectum.

Anapesticum carmen, quo frequenter in choris vti-

tur Seneca, constat quatuor pedibus, qui ferè sunt Dactyli vel Spondei, permistis Anapestis: ita tamen, vt secundo & quarto loco absit Dactylus.

Senec: Herc: Furen. *Lugeat æther magnusq; Parens*
Ætheris alti, tellusq; ferax
Et vaga ponti mobilis vnda.

APPENDIX.

Secundus pes dictionem terminat, qui frequentissimè est Spondeus.

Gliconium.

Gliconium carmen constat Spondeo, & duobus Dactylis, quo Seneca interdum choros scribit.

Senec: Thyest. *Tandem regia nobilis,*
Antiqui genus Inachi,
Fratrum composuit minas.

Asclepiadeum.

Asclepiadeum carmen constat Spondeo duobus Choriambis, & Pyrrichio: vel Spondeo, Dactylo, & syllaba longa, deinde duobus Dactylis.

Hor: Carm. 1. *Mœcenas atauis edite regibus:*

Phaleucium, siue Hendecasyllabum.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat, Spondeo, Dactylo, deinde tribus Choreis.

Mart: lib. 1. *Commendo tibi Quinctiane nostros,*
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus Poëta.

Apud Catullum in prima sede etiam Choreo, & Iambo locus est.

Arido modo pumice expolitum,
Meas esse aliquid putare nugas.

APPENDIX.

Versibus Hendecasyllabis (sic enim à numero sylla-

barum

barum etiam appellantur) plurimum vtuntur, qui Epigrammata ſcribunt.

Saphicum Carmen.

Verſus Saphicus quinq; pedes hoc ordine admittit; Choreum, Spondeum, Dactylum; deinde duos Choreos; tertio cuique carmini ferè nectitur Adonius, qui ex Dactylo, & Spondeo conſtat. Horat: Carm: 1.

Integer vitæ ſceleriſq; purus,
Non aget Mauri iaculis nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce Pharetra.

APPENDIX.

Glyconium carmen apud Hor: od: 15. lib. 1. Choreum habet initio. *Ignis Illiacas domos.* Phaleucij pedibus abutitur Catullus: primæ enim ſedi tum Iambum, tum Choreum attribuit; à quibus cæteri ferè abſtinent.

DE FIGVRIS QVÆ SPECTANTVR In carminum dimenſione.

CAPVT XI.

VErſus metimur pedibus: quibus metiendis non parum prodeſt Syllabæ communis; Neceſſitatis metricæ, licentiæ Poëticæ, Figurarumq; cognitio.

Figuræ.

Syllaba de gemina facta vna: Synæreſis eſto.
Diſtrahit in geminam huic aduerſa Diæreſis vnam.
M, Ecclipſis, vocalem haurit Synalepha priorem.
Ectaſis extendet, rapiet ſed ſyſtola vocem.

SCHOLION Synæreſis.

Synæreſis, quæ & Epiſinalœphe, & Synecphoneſis appellatur, eſt ſyllaba vna ex duabus facta; quod fit, quum

 duæ

duæ vocales in vnam contrahuntur? vt alueria eadem, aleo, eodem, eosdem, auereis, ærei, denarijs.

Virg: Geor. 4. *Seu lento fuerint aluearia vimine texta.*
Æneid: 10. *Vna eademq; viâ sanguis, animusq; sequuntur.*

E, & O, in vnam syllabam contrahuntur.

Æneid: 7. *Assuetæ ripis volucres, & fluminis aluêo.*
Æneid: 12. *Vno eodemq; tulit partu, &c.*

E, & A, vocales in vnam coalescunt.

Æneid: 1. *Atria dependent lichni laquearibus aureis.*

E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Æneid: 12. *Pectora nec misero clipei mora profuit ærêi.*

Hic duplex i;, in vnum contractum est.

Mart: l. 7. *Denarijs tribus inuitas & mane, togatum.*

Idem accidit Genitiuus Oilei, Achillei, Vlissei: & Datiuis, Ablatiuisq; Tereo, Thyphoeo, & alijs similibus, interdum & Accusatiuo Typhoëa.

Æneid: 1. *Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.*
Æneid: 3. *Litora Achæmenides comes infelicis Vlissei.*
Ann: 9. *In arine Iouis imperijs infesta Typhôëo.*
Ou: Met. 6. *Degeneras, scelus est pietas in coniuge Tereo.*
Idem Met: 3. *Nec quo centimanum deiecerat igne Typhôé.*

In primis E, & O, in secundis, E, & A, & in tertio, E, & I, in vltimo i, i, in vnam syllabam coalescunt.

SCHOLION.

Sæpè I, & V, vocales, vt quidam volunt, in consonantes mutantur.

Æneid: 11. *Aduersi longa transuerberat abiete pectus.*
Idem 12. *Mœnia quinque imos pulsabant ariete muros.*
Idem 9. *Abietibus scalæ postesq; sub ipsos.*
Idem 2. *Hærent parietibus scalæ postesq; sub ipsos.*
Geor: 1. *Fluuiorum Rex Eridanus.*
Silu: l. 3. *Arietat in primos; obijcitq; imania membra.*

1. In his horumq; similibus locis, I, vocalis fit consonans, itaque abiete, ariete, Dactyli sunt.

Georg: 1. *Tenuia, nec lanæ per cælum vellera ferri.*

Æneid: 5. *Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.*

2. In his V, vocalis in consonantem migrat: quia *Tenuia* Dactylus est: item *Genua labat*. Hæc est Probi sententia: sunt qui existiment esse proceleusmaticum. Neque mirari debes vocales mutari in consonantes, quum eædem literæ consonantes interdum in vocales vertuntur; vt dissoluo quadrisyllabum, pro dissoluo trisyllabo: & cætera, quæ per Diæresim in duas syllabas diuiduntur; vt deinceps docebimus.

3. In superiorum contractione, delectu, & auctoritate opus est; at horum contradictione, cui, huic, dij, dijs, idem omnibus vti licet.

4. Idem aduerbiorum, Deinde, dein, deinceps, dehinc: & verbi dêest, dêerat, dêerant, dêerit, dêerunt, dêesset; & eorum, quæ ex semi componuntur: vt Semianimis, semihomo.

Ouid: Met: 11. *Iuncta palus huic est densis obsessa salictis.*

Lucan: lib. 1. *Sed venient maiora metu: dij vota secundent.*

Idem lib. 4. *Iidem quum fortes animos præcepta subissent.*

Stat: lib. 1. *Dehinc sociare choros, castisq; accedere sacris.*

Marc: lib. 8. *Sint Mæcenates: non deêrunt, Flacce, Maones.*

Æneid: 9. *Semihominis Caci facies quem dira tegebat.*

Huc etiam spectat Anteambulo, ante hac, anteit: & si qua præterea sunt.

Marc: lib. 1. *Sum comes ipse tuus tumidiq; ante ambulo regis.*

Lucan: lib. 6. *Plurimaq; humanis ante hac incognita mensis.*

Virg: Æneid: 14. *Qui candores niues anteirent cursibus auras.*

SCHOLION.

Vide plura in Commentarijs.

Diæresis, siue Dialysis.

Diæresis est, quum syllaba vna in duas diuiditur: vt Aurai, trisyllabum, pro Auræ dissyllabo: syluæ, euolûam, euolûisse, dissolûo, persolûendus, suaûis: heu apud Comicos dissyllabum.

Æneid: *Æthereum sensum atq; aurai simplicis ignem.*

Hor: Ep: 13. *Niuesq; deducunt Iouem: Nunc mare nunc syluæ.*

Catul: Ort: *Condita quum vere pictoris euoluam.*

Ouid: in Epist: *Debuerant fusos euoluisse suos.*

Catul: de Coma. *Pristina vota nouo munere dissoluo.*

Synalœphe.

Synalœphe est, quum vocalis, aut diphtongus præcedentis dictionis, à sequenti excipitur, & quodammodo absorbetur.

Æneid: 9. *Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur.*

Idem. 2. *Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.*

Idem. 10. *Dardanide è muris, spes addita suscitat iras.*

EXCEPTIO.

O, & heu, sequente vocali, aut diphtongo, integra manet.

Æneid: 10. *O pater, ô hominum, diuumq; æterna potestas.*

Stat: Theb. 5. *Heu vbi sideri vultus, &c.*

SCHOLION.

Vide plura in Commentarijs.

APPENDIX I.

Interdum nec vocalis, nec diphtongus, vt supra diximus, à sequente vocali excipitur.

Virg: Georg: 1. *Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.*

Æneid: 1. *Posthabita coluisse Samo; hic illius arma.*

Id quod

Id quod multò rariùs accidit; si vocalis breuis sit. Æneid: 1. *Et vera incessu patuit dea, ille vbi matrem.*

Appendix II.

Synalœphe non solùm in eodem carmine, sed in diuersis locum habet.

Virg: Geor: 3. *Et spumas miscent argenti, viuaq́ sulphura*
Ideasq́ pices.

Idem Geor: 2. *Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.*
Et steriles Platani malos gessêre valentes.

Æneid. 1. - - - - *ignari hominumq́ locorumq́ Erramus.*

In his, atque horum similibus locis, vltima vocalis præcedens versus excipitur, atque absorbetur à prima sequentis.

Ecthlipsis.

Ecthlipsis est: cùm M, litera simul cum vocali elidi-tur, propter sequentem vocalem.

Virg: Æneid: 2. *Italiam, Italiam, primus conclamat Achates.*

Appendix I.

Prisci M, literam, cum vocali correpta seruabant; vt supra docuimus.

Fun: Ann: 10. *Insignita ferè tum millia militum octo.*

Ecthlipsis etiam in diuersis carminibus locum habet.

Æneid: 7. *Iamq́ iter emensi, turres, ac tecta Latinorum.*
Ardua cernebant iuuenes, murosq́ subibant.

Geor: 3. *Aut dulcis musti Vulcani decoquit humorem,*
Et folijs vndam tepidi despumat aheni.

Appendix II.

Prisci Poëtæ S, literam passim elidebant: quod si deinde concurrent vocales; prior à posteriore per Synalœpham excipiebatur.

Fun: Ann. 7. *Ductus, fidelis suauis homo, facundus, suoq; Contentus, atq; beatus, scitus secunda loquens in Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.*

Doctus fi, cundu su; dactyli sunt in secundo versu, ex proximo verbo exteritur S, deinde fit Synalœpha sic; content, atque be, Rarissimè apud posteros videas hanc literam extritam.

Cic: in Ar. *Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.*
Alcinous, *Longè erit à primo, quisquis secundus erit.*

Lustratus, & quisquis, ammittunt S.

Systole.

Systole est, cùm syllaba naturâ longa corripitur.
Æneid: 9. *Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis.*
Æneid: 8. *Feruere Leucatem, auroq; effulgere fluctus.*
Silu: 8. *Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.*

2. Aut positione longa, sed altera consonante extritâ vt, Obicis, pro obijcis; abici, pro abijci.
Lucan: 8, *Cur obicis Magno tumulum manesq; vagantes?*
Ouid de Pon: 2. *Turpe putas abici, quod sim miserandus amicis*

Ectasis, siue Diastole.

Ectasis est, cùm aut syllaba naturâ breuis simpliciter producitur.
Virg: Æneid: 1. *Italiam fato profugus, Lauinaq; venit littora.*

2. Aut cùm eadem consonans geminatur: vt, Relligio, relliquiæ, repperit, reppulit.
Æneid: 2. *Relligione patrum, multos seruata per annos.*
Æneid: 3. *Troas relliquias Danaum, atq; immittis Achilles.*
Virg: Epig: *Vir bonus, & sapiens, qualem vix repperit vnum.*
Hor: Ep. 2, *Rettulit acceptos, regale numisma Philippos.*
Lucan: l. 1. *Reppulit à Lybicis immensum Syrtibus æquor.*

SCHOLION.

Si quis plura desiderat, legat commentarios.

DE

DE CÆSVRA, ET VERBIS POETICIS.

CAPVT XII.

SI pedes; maximè versus Heroici, è singulis verbi, constent; ineptum & insulsum fit carmen: *vt Aurea scribis carmina, tuli maximè vatum.*

2. Contra si verba concidantur; ita vt mutuo amplexu, pedes alij ex alijs pendeant; pulcherrimus efficitur versus.

Æneid: 1. *Semper honos, nomenq́, tuum laudesq́, manebunt.*
Ibidem. *Non ignara mali, miseris succurere disco.*
Ibidem. *Iustitiaq́, dedit gentes frenare superbas.*
Æneid: 6. *Ære ciere viros, Martemq́, accendere cantu.*

3. Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemuis pedem relinquitur, vulgo Cæsura dicitur: cuius tanta vis est, vt eius beneficio breuis syllaba producatur est enim quoddam in ipsa diuisione verborum, latens tempus nam dum moramur atque ad alias transimus, versus interuallum, vnum, spatiumque lucratur.

Æneid: 4. *Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*
Æneid: 3. *Emicat Eurialus & munere victor amici.*
Æneid: 10 *Vna eademq́, viâ sanguis animusq́, sequuntur.*
Ibidem. *Graius homo insectos linquens profugus hymenæos.*

Vides, vt syllabæ natura breues, post primum secundum, tertium, & quartum pedem producantur; id beneficium cæsuræ acceptum refferunt.

APPENDIX.

1. Anapestici versus optimi putantur, si pedes singuli è singulis fiant verbis.

Seneca Thyest. *Tertia misit buccina signum.*
Idem ibid. *Nondum seræ nuncius horæ.*
Idem ibid. *Curuo breuius limite curens.*

2. Qui tamen perpauci sunt, si cum alijs conferantur. Idem ibid. *Pectora longis hebetata malis.*

Iam solicitas ponite curas.

Fugiat mœror, fugiatq́; pauor.

3. Nec te illud prætereat, Anapesticum versum nonnunquam pedem Anapesticum habere nullum; id quod primi duo versiculi aperte docent.

De Penthemimeri, Hephtemimeri, &c.

1. Veteres Grammatici versum Heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones, siue cæsuras appellant Penthemimerim, Trochaicam, Hephtemimerim, Buccolicam siue Tetrapodiam.

2. Penthemimeris, Latinè Semiquinaria, constat ex duobus pedibus, & syllaba, quæ dictionem claudat. Virg: Æneid: 1. *Arma virumq́; cano.*

3. Trochaica post duos pedes habet duas syllabas, longam & breuem, siue Trocheum, qui dictionem terminet: vt Virgil: Ecl. 4. *Non omnes arbusta.* Id: Æneid: 2. *Infandum Regina.*

4. Hephtemimeris, Latinè Semiseptenaria, continet tres pedes, & syllabam quæ dictionem finiat. Æneid: 1. *Multa super Priamo rogitans.*

5. Buccolica seu Tetrapodia fit, si semiseptenariæ duas breues adiunxeris: vt Virg: Æneid. 1. *Talibus Ilioneus cunctus simul.* Idem ibid. *Multa super Priamo rogitans super.* Idem ibid. *Terram inter fluctus aperit; furit.* Hanc tamen postremam aiunt propriam esse Buccolici carminis, qua Theocritus plurimum est vsus.

APPENDIX.

Versus qui Heroico nomine digni censentur, modo cæsuram vnam habent; vt, *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.*

Pandi-

Panditur interea domus omnipotentis Olimpi.
Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.
Omnes solam Semiquinariam habent.
Modo duas; vt, *Non omnes arbusta iuuat, humilesq́; myricæ.*
Infandum Regina iubes, renouare dolorem?
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis, &c.
Omnes Trochaica & Semiseptenaria constant.
Modo tres; *Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant.*
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.
Omnes & Semiquinariam, & Semiseptenariam, & Bucolicam habent.

DE VERBIS POETICIS.

VErborum licentia liberiores multò sunt Poëtæ, quàm Oratores: quibus assiduè accurateque legendis, non solum verba: sed etiam cætera ornamenta ijs, qui Poëticæ studio tenentur, diligentissimè sunt obseruanda.

DE PATRONYMICIS, NOMINIBVS.

CAPVT XIII.

PRopria item Poëtarum sunt, quæ à Grammaticis Patronymica vocantur, quod à Patrum, maiorumque nominibus facta, filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significent. Hæc ferè à Græcis nominibus fiunt; atq; in des, vel as, vel is, vel ne exeunt: quorum prima masculina sunt, & primæ declinationis: vt, Pelides, Achilles, Pelei filius.

Ouid: in Ep. *Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.*
Æacides, Achilles, Æaci nepos.

Æneid:

Æneid: 1. *Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, &c.*
Æneid 2. *Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisq́ potitum.*

Æacides, Pyrrhus Epirotarum Rex, ab Æaco originem trahens.

Æneid: 6. *Ipsumq́ Æacidem: genus Armipotentis Achillei.*

Cætera fœminina sunt, & declinationis tertiæ: exceptis vltimis, quæ secundæ sunt Græcorum: vt Thestias, Altea Thestij filia.

Ou: Met 6. *Thestias haud aliter dubijs affectibus orat.*

Thaumantias, Iris Thaumantis filia.

Æn: 9. *Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.*

Æolis, Alcione, Æolis filia.

Ouid: Met. 11. *Æolis interea tantorum ignara malorum.*

Atlantis, Atlantidis, Electra Atlantis filia.

Æn: 8. *Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor.*
Electra, vt Graij perhibent, Athlantide cretus.

Nerine, Nerines, Galatea filia Nerei.

Virg: Eclog. *Nerine Galatea, &c.*

APPENDIX.

Patronymica non solùm à patribus, auis proauis, abauis, alijsque maioribus deducuntur, sed etiam à matribus, vt Iliades Romulus ab Ilia: Phylirides, Chiron Centaurus, à Philyra: Latois, Idis, vel idos, Diana à *Lyta* hoc est Latona.

Ou: Met. 14. *Inuadunt portasq́ petunt, quas obice firm*
Clauserat Iliades.

Ou: Met: 7. *Phylirides puerum cythara perfecit Achillem.*
Idem. *Præterita cessasse ferunt Latoidos aras.*

2. Item à fratribus: vt Phoronis, Io, seu Isis, Phoronei soror: Phaotentias, soror Phaetonti?

Met: *Nec superum rector mala tanta Phoronidos vlt*
Ferre potest.

Vir: Ecl. 6. *Tum Phaëtontiadas musco circũdat amaræ Corti*

3. A Re

3. A Regibus præterea, & conditoribus: vt Romulidæ, Romani, à Romulo: Dardanidæ; Troiani, à Dardano: Æneadæ, ab Ænea: Cecropidæ, Athenienses, à Cecrope: Thesidæ, à Theseo.

Persius Sat. 1. *Inter pocula quærunt.*
Romulidæ saturi; quid dia Poemata narrent.
Æneid: 1. *Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Diuum.*
Æneid: 3. *Æneadasq; meo nomen, de nomine fingo.*
Ou: Met. 5. *Phocus in interius spatium, pulchroq; recessus Cecropidas duxit.*
Virg: Geor. 2. *Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum Thesidæ posuere.*

APPENDIX.

Multa à regionibus, vrbibus, montibus, fontibus: fluuijs, alijsque rebus fiunt; quæ formam quidem patronymicam habent, re autem gentilia sunt: aut pro possessiuis adiectiuisque nominibus ponuntur: vt Asis, Libystis, Italis, Ausonis, Sarmaticis, Colchis, Sithonis, Thessalis, Sicelis, Sidonis, Ilias, Troas, Erymanthis, Mænalis, Pieris, Tritonis, Pegasis, Phasis, Phæbas.

Ou: Met. 9. *Ægeas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia Constituis.*
Sil: 7. *Ad quem Cymodoce Nympharum maxima natu Italidum.*
Æneid: 5. *Horridus in iaculis, & pelle, Libystidis vrsæ.*
Ouid: Fast: 2. *Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.*
Idem in Ep. *Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.*
Idem Trist. 1. *Sarmatis est tellus; quam mea vela petunt.*
Virg: Ænei. 1. *Interea ad templum non æquæ Palladis ibant; Crinibus Iliades passis.*
Ouid: Met. 13. *Troades exclamant: obmutuit illa dolore.*
Idem Trist. 3. *Cumq; truci Borea Mænalis vrsa videt.*
Idem in Ep. *Pegasis Oenone Phrigiis celeberrima syluis.*
Idem Fast. 1. *Credulus immerita Phasida fouit ope.*

Lucan:

Lucan: l. 5. *Limine terrifico metuens consistere Phœbas:*

Patronymica masculina quo pacto formentur. Præceptum I.

Nomina A, finita, assumunt des, syllabam: vt, Ilia, Iliades, As, terminata, assumunt de, syllabam ante S: vt Æneas, Æneades: Pheraetias, Pheraetiades.

Ouid: Met. *Cumq; Pheraetiades, & Hiantheo Iolao.*

EXCEPTIO.

A, finita, aliquando ipsum A, mutant in I, vt, Philyra, Philyrides As terminata, interdum I, ante A, assumunt: vt, Amynthas, Amynthiades; Phylippus Amynthæ filius.

Ou: in Ibin. *Aut vt Amynthiades, &c.* Æneides, Iulus Æneæ filius fit à Græco *Ænias*, sublata A, Æneides, Æneiades.

Æn: 9. *Sit satis Ænide telis impune Numanum,*
Oppetijsse tuis.

Præceptum II.

Es, finita, mutant Es, in Ades: vt, Hyppotes, Hippotades, Æolus Hippotæ filius.

Ou: Met: 4. *Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.*

EXCEPTIO.

Hæc sæpè I, ante A, admittunt: vt, Anchises, Anchisiades, Laërtes, Laërtiades.

Æn: 18. *Æneas Anchisiades, & fidus Achates.*

Ou: Met. 1. *Saxa moues gemitu, Laërtiadesq; precaris.*

Præceptum III.

Nomina secundæ declinationis Vs, finita, in genitiuo assumunt Des, syllabam, penultima breui: vt, Æacus, Æaci, Æacides: sic Priamides, Æolides, Tantalides, à Priamo, Æolo, Tantalo.

Æneid: 6. *Miserum Æoliden, quo non præstantior alter.*

Ouid:

Ou: Met: 13. *Priamiden Helenum rapta cum Pallade Captum.*
Ou: in Ib: *Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer.*

Exceptio I.

Nonnulla penultimam habent longam: vt Belides, Licurgides, Amphiarpides.
Virg. Æn. 2. *Belidæ nomen Palamedis.*
Ouid. in Ib. *Quiq; Licurgidem lacerauit ab arbore natum.*
Ouid. Fast. 2. *Amphiarpides Napacteo Achileo.*

Exceptio II.

Quæ à nominibus secundæ declinationis sunt, interdum etiam ante Des syllabarum, A, literam recipiunt, maximè quæ in Tus exeunt: vt Battus, Battiades; Asopus, Asopiades; Menœtius, Menœtiades; Testius, Testiades, Nauplius, Naupliades, hæc in Ius, posterius I, genitiui mutant in A, Testij, Testiades.
Ouid. in Ib: *Nunc duo Battiades inimicum deuouet Ibin.*
Idem Met. 2. *Huic Asopiades petis irrita, dixit, & vrbi.*
Idem in Ep. *Siue Menetiadem falsis cecidisse sub armis.*
Idem Met 8. *Testiadæ clamant.*
Met. 13. *Sed neq; Naupliades facinus defendere tantum.*
Iapetionides ab Iapeto, pro Iapetides, longius à forma (recessit.
Ou: Met: 4 *Iapetionides Atlas fuit.*

Præceptum, IV.

Genitiuus, nominum in Eus, assumit Des, syllabam, penultima longa: E, enim & I, vocales in I, longum, vel ei diphtongum coutrahuntur more Græcorum, vt à multis scribitur: vt, Atreus, Atrei, Atrides, seu Atrides: sic Pelides, Alcides. Achileides, Thesides, Tytides, & sexcenta alia.
Ou Met: 13. *Conuocat Atrides socios terrore pauentes.*
Æneid. 10. *Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis.*
Ou: in Ep: *Pyrrhus Achilleides, animosus imagine patris.*

Appendix.

Hæc rarius A, ante des, syllabam habent.

Æneid. 2. *Pantus Otriades arcis, phœbiq́ Sacerdos.*

Præceptum V.

Si Nomina sunt tertiæ declinationis, patronymica fiunt à datiuo addita Des, syllaba: vt Agenor, Agenoris, Agenori, Agenorides, Cadmus filius Agenoris: Thestorides, Calchas filius Thestoris: Actorides, Patroclus nepos Actoris, Æsonides, Iason filius Æsonis.

Ou: Met. 3. *Donec Agenorides coniunctū in guttura ferrum.*

Idem Met. 12. - - *at veteri prouidus augur Thestorides; vicimus agit.*

Met. 15. *Repulit Actorides sub imagine tutus Achillis.*

Val. Flac. 6. *Aduolat Æsonides, mortemq́ cadentis aceruat.*

EXCEPTIO.

Nomina As, finita, quorum genitiuus exit in Antis, A, literam ante Des, syllabam petunt: vt Abas, Abantis Abanti, Abantiades, sic Atlantiades, Pœantiades, Athamanthiades, Dryantiades, & alia id genus.

Ou: Met. 5. *Victor Abantides patrios cum coniuge muros.*

Idem 8. *Venit Atlantiades positis caducifer alis.*

Eodem ferè modo formantur, quæ à nominibus in On, fiunt: Telamon, Telamonis, Telamoni, Telamoniades; Amphitrioniades, Laomedontiades.

A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiades imminuto verbo nascitur.

Ouid. Met. 13. *Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam audet.*

Æneid. 8. *Interea quum iam stabulis saturata moueret, Amphitrioniades armenta.*

Idem. *Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.*

Virg. Geor. 1. *Hæc magnos Decios, Marios, magnosq́ Camillos.*

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

Silu

Silu: l. 7. *Heu vbi sunt Gracchis aut vbi sunt nunc fulmina gentis Scipiadæ?*

Patronymica fæminina vnde formentur.

Præceptum I.

PAtronymica fæminina, quæ in As, & Is, exeunt fiunt à masculinis, de Syllaba sublata: vt, Thestiades Thestias, Thestiadis, : Æetiades, Æetias, Taumantiades, Taumantias: Phaëtontiades, Phaëtontias: Æolides, Æolis, Æolidis, Tantalides, Tantali: Oebalides, Oebalis: Latoides, Latois: Dardanides, Dardanis, idis: Cicropides, Cecropis: Belides, Belis: idis. Multa præterea sunt quæ passim apud Poëtas leguntur.

Ouid· Met. 7. - - - - - *rapida fallax Ætias igni.*
Impunit purum laticem.

Idem. 11. *Talibus Æolidis dictis lachrymisq́ mouetur.*

Id: in Ep. *Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.*

Idem Met. 4. *Assiduè repetunt, quas perdunt Belides vndas.*

APPENDIX I.

Quædam tum in As, tum in Is, vt Ætias, & Ætis: Atlantides, & Atlantis.

Val: Flac: 7. - - - - *Nec me Æetis, quin audiat opto.*

Idem lib, 6. - - - - *Ingens Æetida perculit horror.*

Virg: Æn: 11. *Ante tibi Æoe Atlantides abscondatur*

Silu: l. 6. *Vixq́ Atlantiadum rubescecerant ora sororum.*

APPENDIX II.

Fœminina, quæ a masculinis fiunt, penultima longa, in Eis desinunt, soluta diphtongo, atque E, breui in longum verso: vt Æneides. Æneis, Æneidos: Achilleides, Achilleis, Achilleidos: Theseides, Theseis, Theseidos.

Ouid: Trist: 2. *Tamen tuæ felix Æneidos author.*

Sta: Theb. 12. *Viue precor, nec tua diuuam Æneida tentæ*

Iuu: Sat: 1. *Semper ego auditor tantum? nunquamuè reponam*

Vexatus noties rauci Theseidæ Codri?

EXCEPTIO.

Nonnunquam penultima manet breuis.

Ouid: de Pon: 3. *Res quoq; tanta fuit quantæ subsistere summo Æneidos vati, grande fuisset opus.*

Præceptum II.

Ne finita, à genitiuo fiunt, addita Ne, syllaba penultima longa: vt Neptunus, Neptuni, Neptunina: sic Adrastine, Nerinè, à genitiuis Adrasti; Nerei, E, & I, mutatis in I, longum. Quod si primigenium I, ante Os habeat, mutabitur Os in Ore, penultima producta, vt, Acrisios, Acrisioni, Acrisione, Danae, Acrisij filia.

Cat: Ath *Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?*

APPENDIX I.

A muliebri Acrisione, finxit Ouidius Virile Acrisionides.

Vertit in hunc harpen madefactam cæde medusæ.

Acrisioniades, agitq; in pectus: at ille, &c.

APPENDIX II.

Oratores rarò Patronymicis vtuntur. Cic: Offic: 1. *Regalis sanè & regna Æacides genere sententia.*

DE METAPLASMO, Et figuris quibusdam Poëtarum.

CAPVT XIV.

PRoprium itidem Poëtarum est verbis quibus oratores vtuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere: nonnunquam literas alias alijs permutare, aliquando è proprio loco in alienum transferre: quod quidem quum in soluta oratione vitium sit, Barbarismusq; nominetur; in carmine tamen non Barbarismus, sed Metaplasmus appellatur datur enim venia Poëtis, quia plerumq; coguntur metro seruire. Metaplasmus vero dicitur, quod vetus verborum forma, vel necessitate metri, vel ornan-

di Poë-

di Poëmatis causa à Poëtis in nouam figuram faciemq; sermonis mutetur.

Syncopa de medio tollit, quod Epenthesis addit.
Prothesis apponit caput, id quod Aphæresis aufert.
Apocopè demit finem, quem dat Paragoge.
Tmesis verba secat, Meta sed Thesis ordine spreto.
Transfert literulam, Antithesis saluo ordine mutat.

SCHOLION.

Prothesis, & Apheresis.

1. Litera, vel syllaba principio dictionis addita, vocatur Protheôs: vt, Gnatus pro Natus.

Ter: Andr. *Et pacto, & gnati vitam, & consilium meum*
Cognosces.

2. Litera, vel syllaba principio dictionis subtracta, Aphæresis appellatur vt, Ruo, pro eruo; temno, pro contemno; peto, pro expeto.

Æneid: 12. *dabit ille ruinas.*
Arboribus stragemq; satis ruet omnia late.

Epenthesis, & Sincopa.

1. Epenthesis est, cùm medio dictionum litera, aut syllaba interijcitur: ut, Relliquias, pro reliquias; Mauors, pro mars; nauita, pro nauta; induperator, pro imperator; cinctutus, pro cinctus.

Æn: 3. *Troas reliquias Danaum, atq; immittis Achillei.*
Æn: 8. *Fecerat & viridi fœtam Mauortis in Antro*
Procubuisse lupam.
Ou: Fa. 2. *Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita pupim.*

2. Syncope, literam vel syllabam è medio dictionis, subtrahit: vt, Gubernaclo, pro gubernaculo; periclis, pro periculis; vixet pro vixisset? extinxem, pro extinxissem, Diuûm pro Diuorum.

Æn: 5. *Cumq; gubernaculo liquidas proiecit in vndas.*
Æn: 8. - - - *hic me pater optime, fessum.*

Deseris: heu vautis nequidquam erepte periclis.

Æneid: 1. *Vixet cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.*

Æneid: 4. --- *natumq; patremq;.*

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Paragoge, Apocope.

1. Paragoge, seu Proparalepsis dicitur, cùm extremæ syllabæ aliquid adiungitur: vt, deludier, pro deludi, admittier, pro admitti.

Ter: andr: *Vbiuis faciliùs passus sim, quam in hac re, me deludier.*

Virg: 9. ---- *Tum nisus. & vna*

Eurialus confestim alacres admittier orant.

2 Apocope fini dictionis aliquid detrahit: vt, tuguri, pro tugurij, oci, pro ocij.

Virg: Ecl: 1. *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.*

Idem Geor: 4. *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat.*

Partenope studijs florentem ignobilis oci.

Tmesis.

Tmesis verbum diuidit alio interposito: vt, inque ligatus pro illigatusq;: qui te cumque, pro quicumque te: inque salutatus, pro insalutatus Hac Troiana tenus: Septem subiecta Trion.: pro Hactenus Septemtrioni.

Æneid: 10. *Ille pedem referens & inutilis inque ligatus.*

Æneid: 9. *Inque salutatum linquo.*

Ibidem. *Qui te cumque manent illo certamine casus.*

Antithesis, & Methatesis.

1. Antithesis est literæ commutatio: vt, olli pro illi

2. Methatesis est literarum ordo immutatus: vt, Tymbre, pro Tymber.

Æn: 10. *Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.*

Nisi quis putet nominandi casu tum Tymber, tum Thymbrus dici: vt Euander, Euandrus.

APPENDIX.

Synalœphe, Episinalœphe, Diæresis, Eclipsis, Systole, Dia-

le, Diaſtole, ſunt etiam Metaplaſmi ſpecies: de quibus ſupra egimus.

DE PROSODIA SIVE ACCENTV.

CAPVT XV.

Græci πονους, vel προσωδίας, Latini tonos, ſeu tenores, Grammatici vulgo accentus; Cicero voces appellat.

2. Accentus, rector eſt ac moderator pronunciationis eò enim vel attollitur, vel deijcitur vox; vel partim attollitur, partim deijcitur. Quocirca ipſum non immerito quidam, vocis animam appellarunt.

Accentus tres.

Tres ſunt tenores; Accutus, Grauis, Circumflexus. Acuto attolitur ſyllaba, graui deprimitur: vt Populus; antepenultima acuitur, penultima verò, & vltima deprimuntur, gradatimque deſcendunt.

1. Acuti nota è ſiniſtra in dextram obliquè deſcendit; Grauis à ſummo in dexteram obliquè deſcendit, Accentu circumflexo partim attollitur, partim deijcitur ſyllaba: vt, Romanus, cuius nota ex acuto & graui conſtat: ſonus hodie incertus eſt: ſiquidem Latinæ linguæ hoſpites veteriſq; pronunciationis ignari, eodem penitus ſono tum acutas, tum flexas voces efferimus.

2. Acutus in penultima, vel antè penultima locum habet Circumflexus in penultima tantùm. Grauis, vbi vterq; abeſt. Nullum autem verbum eſt ſine acuto accentu, aut circumflexo, verùm ſimul cum vſu Latini ſermonis, etiam antiquam pronunciationem amiſimus.

3. Atque olim quidem monoſyllaba natura longa, aut poſitione ſimul, & natura, inflectebatur, vt nôs, rôs, lûx, in dyſyllabis & polyſyllabis penultima inflectebatur, ſi eſſet natura longa, aut poſitione ſimul & natura;

modò esset breuis vltima: vt Roma æstas, Romanus, æstatis; Aliquin acuebatur: vt Æstas, Arma, furor.

DE SYLLABIS.

Præceptum I.

In dissyllabis (nam in monosyllabis accentus hodie non agnoscitur,) prior acuitur, siue longa sit, siue breuis vt Roma, mores, arma, virum.

Appendix.

1. Nullius verbi Latini vltima syllaba, auctore Quint. l. 1. c. 5. & lib. 12. c. 10. aut acuitur, aut circumflectitur. Quare, palam, vnà, alias, porrò, sanè, certè, & cætera id genus Aduerbia, prima acuta sunt pronuncianda. Nam si suscipimus, quod nonnulli Grammatici tradunt, discriminis causa postremam horum verborum syllabam esse in pronunciando acuendam, serpet res longiùs, quam volemus. Idem enim erit faciendum in verò, ferò, crebrò, modo, & nonnullis innumerabilibus, quæ nomina, & aduerbia, vel nomina, & verba esse possunt. Nec te moueat, quod vltimæ sæpè à Typographis graui accentu notentur: id, enim tantùm fit, vt aduerbia esse intelligas.

2. Nec illa quidem acua postrema syllaba, illic, isthic, illuc, donec adhuc, reduc, & horũ similia; neq; illa exin, dein, proin, etiamsi quid à Grammaticis quòd sint abscissa, acui velint. Multò minus dicam, quicum, mecũ, nobiscũ, postrema acuta, negante Quintiliano vltimam syllabam acui in verbo Latino, vt supra dicimus.

3. Coniunctiones, quæ Encliticæ, seu inclinatiuæ dicuntur, quæ vt: ne, à multis ita pronunciantur, vt accentum in præcedentis vocis postremam syllabam reijciat, & inclinent more Græcorum: Terasq; tractusq; armaq; hominesue, serenè. Verum hoc translatitium à Græcis est. Elegantior alijs illa ratio videtur, & Latinorum propria, vt hæ coniunctiones nihil accentũ immutent: terasq; tractusq; &c. nimirum vt tanquam duæ dictiones pronuncientur: quarum suum quaquæ accentis habeat. Nam quo versus non tam iucundè sonat, ita diuisim pronun-

ciat;

cies; nihil ad rem esse aiunt, cum ne Homeri quidem versus admodum iucundum habeant sonum, vtraq; ratio probabilis est, neutra reprehendenda. Prior tamen illa iam videtur vsitatior, ac certè insoluta etiam oratione concinior.

DE POLYSYLLABIS.

Præceptum II.

IN Polysyllabis penultima, si longa est acuitur: vt, mortalis, solicitudo: quod si penultima breuis est, acuitur antepenultima: vt genitus, sollicitus.

2. Sæpè euenit, vt metri conditio (vt ait Quinctilianus,) mutet accentum: vt pecudes, pictæque volucres. Nam volucres media acuta dicam: quia etsi naturâ breuis, tamen positione longa fit à Poëta.

3. Non desunt qui vocandi casu dici velint penultima acuta, Valeri, Virgili, Mercuri, Ouidi, Ambrosi, & alia huiusmodi, quæ habent penultimam breuem. Sanè hunc morem sua ætate viguisse docet. Agellius l. 13. c. 24. & hodie viri docti non pauci retinent. Alij malunt antepenultimam acuere vt præcipit communis illa regula de polysyllabis, quam pronuntiationem Agellio antiquiorē fuisse ipsemet declarat eodem loco; cum Nigidum ita pronunciare voluisse commemoret.

4. Fuerunt olim, qui in compositis acuti antepenultimam velent, etiamsi penultima longa esset, itaque pronunciari iubebant antepenultima acuta, aliquando, siquando, deinde, exinde duntaxat, deorsum, exaduersum, enimuero, quapropter, quinimo, nimirum, quamobrem; & alia eodem modo. In hac sententia fuit Seruius ad 6. Æn. Annius, & Probus apud Agellium l. 7. c. 7. Nostra quoq; ætate nonnulli viri docti; Quo circa propter tantorum virorum auctoritatem, non videtur hæc pronunciatio explodenda; quum præsertim in Græcis quoq; verbis compositis idem factitari videamus. Alij, quod hac ratio

à Grammaticis illis ex Græcorum similitudine inducta sit potiùs, quàm veterum Latinorum vsu comprobata; malunt communem illam polysyllabarum regulam sequi, & aliquando, deinde, enimuerò dicere penultima acuta: præsertim verò quum Agellius ipse illum pronunciandi morem improbare videatur: Hæc sententia quàm ferè vsus omnium confirmauit, probabilior videtur.

5. Sunt etiam qui pronunciari iubeant, calefac, frigefac, introduc, Arpinas vltima acuta, vt habeatur ratio abscissionis quod olim caleface, introduce, Arpinatis diceretur: Verum id gratis videtur dici, quum neque probabili ratione, neq; veterum (quod sciam) auctoritate nitatur. Quin potiùs repugnat Quinctiliano, qui vt sæpè iam diximus, negat in Latinis verbis vltimam syllabam acui, fuit omninò simplex apud veteres Latinos & (vt Quinctil: verbis vtar) rectissima ac breuissima ratio grauium acutarumq; vocum: ineptiæ, quorundam Grammaticorum eam & longam, & multiplicem, & variam, & obscuram reddiderunt.

DE GRÆCIS VOCIBVS.

Præceptum III.

VErba planè Græca, Græco accentu pronunciantur: παραλειπομένων Paralipomenón, penultima acuta: λιθόστρωτος Litostrotos, acuta antepenultima: κύριε Kyrie, eadem acuta: ἐλέησον eleison, verbum est quatuor syllabarum, cuius non vltima, sed antepenultima acuitur.

2. Sin Latinè inflectantur, ad Latinorum normam Antiope, Calliope, Rhetorica, Grammatica, & alia eiusmodi, antepenultimam acuunt, quia penultima breuis est: Cæsarea, Laodicea, Thesalonica, Idolum, & alia eius-

eiusmodi acuunt penultimam, quia longa est.

APPENDIX.

1 *Atreus, Theseus, Orpheus, Tereus, Phalereus, & alia eiusmodi si soluant diphtongum, acuunt penultimam: itemq; in cæteris casibus Latinis, Terei, Vlissei, Orpheo, Phalereo, Atreum, Theseum, &c. verùm accusatiuus Græcus, Atra, Terea; & alia eiusmodi videntur, nonnullis accentum quoq; Græcum retinere penultima posse acuta.*

2. *Philosophia, Theologia, Idea, Prosodia, & alia huiusmodi rectè acuunt penultimam; retinent enim accentum Græcum cum ipsa sint Græca. Eadem tametsi Latina sint, rectè quoq; acuunt antepenultimam. Cæterum consuetudini locorum seruiendum est. Consuetudinem autem vocamus, in bonorum, sic in sermone eruditorum: vt Quinct: docet lib. 1. cap. 6.*

3. *Item Alexandria, Antiochia, & cætera huiusmodi, si Græco more efferantur, rectè acuunt antepenultimam: sin autem Latinè pronuncientur, acuunt penultimam. Protagoras, Anaxagoras, Gorgias, Archias, Lysias, Academia, Symphonia, Comœdia, Tragedia, Dorothea, Anastasia, Euphrasia, & alia generis eiusdem, & si Græco more penultimam acuere possent, meliùs tamen & vsitatiùs videntur acuta antepenultima efferri, more Latino, alioqui Græcè Asia dicendum esset.*

DE HEBRÆIS VOCIBVS.

Præceptum IV.

QVæ Hebræa omninò sunt, neque Latinitate donata; Hebræo tono pronunciari licet, vt Amen, Hierusalem, Israel, Iacob, vltima acuta; vt pleraq; Hebræa pronunciantur. In his tamen ipsis regionum videtur consuetudo seruanda. Verum si Latinè flectantur, Latinè pronuncianda sunt: vt Sara, Moyses, Elias, Elisæus, & cætera quæ per casus flectuntur: nam apud Hebræos indeclinabilia sunt.

APPENDIX.

1. *Abel, Cain, Lamech, Noë, Abigail, Baal, Eden, Ephræta, Ephraim, Gomor, Liboseth, Phase, Soboleth, & quæ in Ezer, Sedec, Melec, Ai, exeunt; vt Eliezer, Melchisedec, Abimelec, Sarai, Sinai, Abisai, & alia quædam penultima acuta pronuntiantur apud Hæbreos, quocirca is accentus seruari potest à Latinis, quum indeclinatè vsurpantur; nam si declinari possent, Abigail, Abigailis Ephrata, Ephratæ; Melchisedech, Melchisedecis; satius videntur accentu Latino pronunciari, acuta antepenultima in nominatiuo. Quin etiam tum hæc, cum cætera, quamuis non declinata, complures viri docti Latino accentu efferre non dubitant.*

2. *Si quid erit, vel in Hebræis vocibus, vel in Græcis, cuius uerus accentus propter insolentium vulgi aures offendat, in vulgi conuentu satius videtur (id quod fecisse se Cic. dicit in Oratore) scientia sibi reseruare, vsum populo concedere. Quocirca Melchisedech, & Absalon antepenultima acuta dicam potiùs, quam penultima, vt vera pronunciatio postularet. At Andreas, Lucia, Maria, penultima acuta, accentu Græco efferam potiùs quam Latino. Cæterum Barabbas penultima acuta potiùs Latino more: vel si Barabbas dupliciter, scribatur, & simplici b, antepenultima acuta pronunciabo libentiùs, quam vltima acuta more Græcorum IESVS, quoque penultima acuta Latino more potiùs, quam vltima inflexa more Græcorum, à quibus* iysus, *dicitur : cui, DEO videlicet, & salutis nostræ parenti, hosce qualescunq; labores offerimus, ac dicamus.*

ADMONITIO.

Quæ hic de accentu traduntur, præsertim in appendices relata non modo sunt ex ipso Emmanuele, sed etiam ex alijs; præsertim ex Petro Perpiniano desumpta : si quis plura desiderat; tum hac de re, tum de alijs multis, quæ his tribus libris quasi compendio continentur, commentarios, seu Schola longiora consulat Emmanuelis.

SCHO-

SCHOLION de Interpunctione.

1. QVemadmodum interſpiratione orationem loquendo diſtinguimus; ita interpunctione, ſiue interductu ſignificamus modos quoſdam, quibus eadem oratio ſcribendo diſtinguitur, Quare, vt interpunctionis diſcrimina cognoſcantur, orationis velut partes cognoſcendæ ſunt.

2. Circuitus, ſiue ambitus, Græcè περίοδος eſt aptè concluſa, verborum comprehenſio, quæ duabus præcipuè partibus conſtat quarum altera Græcè πρόθεσις, Latinè propoſitio, altera ἀπόδοσις, quaſi redditi dicitur.

3. Vtraq; pars, tum propoſito, tum redditio, conſtare poteſt pluribus membris, & inciſis; atq; illa quidem Græcè κῶλα, hæc verò κόμματα, nominantur.

4. Inter membrum autem, & inciſum illud intereſt; quod membrum longiuſculum eſt, & aliquid vel affirmat vel negat: inciſum eſt breuius, & ſæpè nihil affirmat, aut negat.

5. Interductus igitur vel interpunctio inter πρότασιν, ſeu propoſitionem, & *Apodoſin*, ſiue redditionem, erit punctum ſemicirculo, ſeu inuerſæ impoſitum lineæ ſic (;) quæ tamen interpunctio ſemper videtur adhibenda quum ita membrum à conſequentibus pendet; vt nullo modo poſſit ſententia in illo conſiſtere: id quod ipſa etiam voce ſuſpendenda ſignificamus.

6. Inter membra, præſertim ſi paulò maiora ſint, bina puncta collocantur (:) Inciſa & minora quædam membra ferè inuerſa lineola diſtinguuntur; quam virgulam alij comma vocant (,) Quin etiam minima inciſa; & quæ pronuntiãdo nulla ſolent interſpiratione diſtingui; ea ne ſcribendo quidem, vlla interpunctione disiungemus. Inter periodos denique, ſeu comprehenſiones ipſa punctum collocamus (.)

7. Quæ

7 Quæ comprehensiones; nouam periocham inchoauerint, eæ primam literam habebunt maiusculam: at si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit literarum discrimen: nominibus proprijs tamen exceptis, quæ maiuscula semper inchoantur.

8. Est autem Periocha, certæ cuiuspiam rei, vel negotij perfecta complexio, quæ vel per se consistere, atq; à cæteris disiungi possit.

9. Quod si Periocha argumentum valde dissimile complectatur; aliôqui etiam relicto spatio, à superioribus secerni solet.

10. Exempla horum passim suppeditantur à M. Tullio: nos vno contenti sumus ex l. 7. epist. 16 ad Trebatium. *Ego si foris cænitarem; Cn. Octauio familiari tuo non defuissem: cui tamen dixi, quum me aliquoties inuitaret, oro te, quis tu es? sed me hercule extra iocum, homo bellus est: vellem eum tecum abduxisses. Quid agatis, ecquid in Italiam venturi sitis hac hyeme, fac planè sciam.*

11. Interdum oratio tota ita membratim; cæsimuè contexitur; vt sæpè inter ipsa membra, vel incisa punctum collocetur. Cicero Tyr: lib. 16. *Nunc te nihil impedit omnia depone, corpori, serui; quantam, &c.*

12. Interrogandi nota constat linea inflexa puncto superposito (?) Cic: Papyriol. 9. ep: 15. *Quid simile?*

13. In dolore, & admiratione, alij putant lineam illam rectam esse oportere: vt, *ô me miserum!* alij punctum satis esse opinantur; vt, *ô tempora, ô mores.*

14. Parenthesis, de qua dictum est lib. 2. cap. 23. de speciebus hyperbati num. 5. quæ Latinè fortasse dici posset interpositio sententiam omnìnò diuersam in mediam conijcit comprehensionem: ac duobus maiusculis semicirculis se mutuo aspicientibus indicant (:) Cic: Torquato lib. 6. ep. 2. *Quæ vis insit in his locis verbis (plura*

enim

enim committenda epistolæ non erant,) si audes quod facis, profecto etiam sine meis literis intelliges, te aliud habere, quod haberes.

15. At si non omnino sit diuersa sententia; satis videtur illam temporibus, semicirculis, siue lineolis inflexis distinguere. Itemq; seruandum, si geminæ tantùm ternæuè interferantur voces; quales illæ sunt: *Vt opinor, Nisi fallor,* & harum similes.

16. Neque tamen sumus nescij alios, aliam interpungendi rationem sequi. Nos hanc optimam ducimus, neque tamen alias reprehendimus.

LAVS DEO.







